4. Si reddidi retribuentibus mihi mala: decidam meritò ab inimicis meis inanis.

5. Persequatur inimicus animam meam, & comprehendat, & conculcet in terra vitam meam: & gloriam meam in pulverem deducat.

6. Exsurge, Domine, in ira tua: & exaltare in finibus inimicorum meorum.

7. Et exsurge, Domine Deus

Vivere in tal guisa co' suoi nemici, che non possiamo essere accusati di aver renduto loro male per male.

Persuadersi, che la vendetta, che si prende del male ricevuto, è sempre punita da Dio.

E che il vendicarsi è rimanere al di sotto de' suoi nemici; poichè si diviene schiavo della propria passione, e del Demonio.

Amare la mansuetudine, che trae sì prontamente sopra di noi la protezione di Dio, e la sua collera su i nostri persecutori.

Amare dico, questa virtù, che at-

Deus meus, ad ulciscendum præceptum de non inferenda injuria, quod tu mandasti, & isti violaverunt; & horum populorum congregatio a te judicanda circumstet tribunal tuum.

Deus meus, in præcepto, quod mandasti: & synagoga populorum circumdabit te.

attrae a Dio le lodi pubbliche d'essere stato fedele nelle sue promesse.

8. Et ob hanc rem tu judicaturus redi, ut ita loquar, ad altitudinem solii tui; jure namque populos omnes judicaturus est Dominus omnium.

8. *Et propter hanc in altum regredere: Dominus judicat populos.*

Invitare Iddio per mezzo di queste lodi pubbliche a continuare a proteggere l'innocente.

9. Itaque judicium pro me facito, Domine, prout postulat, justitia hæc mea erga inimicos illos meos, quos non læsi; & pro me judica prout exigit innocentia hæc mea, quæ in me est, quia numquam illis nocui.

9. *Judica me, Domine, secundum justitiam meam: & secundum innocentiam meam super me.*

Invitarlo altresì per la giustizia, e per l' innocenza dell'afflitto.

10. Finiatur quæso malitia hominum peccatorum; & ita hominem justum, & innoxium rectè, ac prosperè se habere facies; o Deus, qui cordium affectiones, intimasque sensuum cupiditates examinas, atque cogno-

10. *Consumetur nequitia peccatorum, & diriges justum: scrutans corda, & renes Deus.* (1)

Lasciare a Dio, che tocca il fondo de' cuori, il giudizio della propria innocenza, la cura della propria condotta, ed il fine de' proprj patimenti.

11. *Ju-*

B 3 Af-

(1) 1.Paral. xxviii.9. Jerem. xi. 20. xvii. 10. xx. 12 Apocal. ii. 28.

gnoscis.

11. Justum est auxilium hoc, quod mihi in hac justa causa peto, & exspecto a Domino; qui Dominus salvat innocentes, qui rectum animum habent;

11. *Justum adjutorium meum a Domino: qui salvos facit rectos corde.*

Affaticarsi continuamente per guadagnare la rettitudine del cuore: non riguardando altri, che Dio, ad effetto di ottenere l'ajuto, che noi ne speriamo ne' nostri bisogni.

12. Deus judex, & fortis, & lenis, iram differens. Numquid enim diebus singulis iram, punitionemque adducit in eos, qui singulis diebus peccant?

12. *Deus judex justus, fortis, & patiens: numquid irascitur per singulos dies?*

Persuadersi, che Dio è giusto, e che può gastigare i nostri persecutori, quando a lui piacerà: rimettendoci intanto a quanto vorrà disporre de' medesimi.

13. Attamen nisi vos persecutores mei conversi fueritis a nequitia ad pœnitentiam, ipse Deus gladium vindictæ suæ acuet, & micantem movebit in vos minabundus. Immò justitiæ suæ arcum jam tetendit, eumque præparavit ad vos sagittandos:

13. *Nisi conversi fueritis gladium suum vibrabit;* (1) *arcum suum tetendit, & paravit illum.*

Desiderare con ardore per mezzo d'una vera carità, che essi prevengano con la loro conversione il gastigo.

14. Et in eo arcu jam præparavit jacula instrumenta mortifera, suas-

14. *Et in eo paravit vasa mortis: sagittas*

Imparare dalle vendette di Dio contro i vendicati-

(1) Deuter. XXXII. 41.

suasquè sagittas jam perfecit infigendas vobis ardentibus odio mei.

tas suas ardentibus efficit. (1)

tivi a perseverare nella mansuetudine.

15. Ecce Æthiops hostis hic meus instar mulieris parturientis nisus est, ut pareret quid injustum contra me. Concepitque occultè in animo suo laborem, ac dolorem, quem mihi faceret, & peperit tandem, ac propalavit rem iniquam, quam in me machinabatur.

15. *Ecce parturiit injustitiam: concepit dolorem, & peperit iniquitatem.* (2)

Riflettere sul numero de' delitti, de' quali ci rendiamo colpevoli nel volere nuocere agli altri,

16. Ipse quidem foveam excidit, eamque profundè refodit, in quam suis ego insidiis caderem; verùm, & ipsemet justo Dei judicio casurus est in foveam ipsam, quam fecerat in ruinam meam.

16. *Lacum aperuit, & effodit eum: & incidit in foveam, quam fecit.* (3)

E su ciò, che sovente avviene, che inciampa nell' insidie quel desso, che loro le ha tese,

17. Dolor ille, quem mihi faciendum conceperat in ipsiusmet caput, & perniciem revertetur; & res illa iniqua adversum me jam parta, & in lucem edita, in ejusdem ipsius verticem, & ruinam inopinato recidet.

17. *Convertetur dolor ejus in caput ejus: & in verticem ipsius iniquitas ejus descendet.* (4)

E che solo sopra di se ricade il male, che a loro si è voluto cagionare.

18. Igi- 18. *Con-* B 4 Am-

(1) Deuter. xxxii. 42.
(2) Job xv. 18. 35. Isai. lix. 4.
(3) Psalm. ix. 16. lvi. 7.
(4) Proverb. v. 22. xxii. 8.

18. Igitur profitebor Domino debitas laudes prout meritò exigit justitia ejus, qua noxios punit, & innoxios salvat: semperque psalmos canam in honorem majestatis Domini altissimi, atque supremi.

18. *Confitebor Domino secundum justitiam ejus: & psallam nomini Domini altissimi.*

Ammirare la sapienza di Dio, che ordina in questa maniera tutte le cose per lo bene de' suoi eletti, e dargliene mille lodi.

PSALMUS VIII.

LA grandezza di Dio in se stesso, e nelle sue opere, e ciò ch'egli ha fatto per l'uomo; le obbligazioni, che questi ha di amarlo, ed i vantaggi, che ritrae dall' amore, che ha per Iddio.

Bramare di poter vivere in un' ammirazione continua delle grandezze di Dio, e di fare continuamente nuovi progressi nel suo amore.

In finem: pro torcularibus: Psalmus David.

In perpetuum decantandus melodia super torcularibus usitata: Psalmus Davidi inspiratus.

PROPHETA. Domine dominator nostri, ò quam grande est, & mirabile nomen, & regnum majestatis tuæ in tota terra!

Domine Dominus noster, quam admirabile est nomen tuum in universa terra!

Scorrere tutte le opere di Dio su la Terra ad effetto di ammirarlo nelle sue perfezioni.

2. Nam licet tua magnitudo, & gloria longè supra Cælos ipsos, nedum Terram, sublimior sit, & alta resplendeat,

2. *Quoniam elevata est magnificentia tua super Cælos.* (1)

Contemplare il Cielo co' suoi ornamenti per ammirare la sua grandezza.

3. Ta- 3. Ex Da-

(1) Psal. cxii. 4.

3. Tamen laudem quoque perfectam tibi parasti vel ex ore ipso puerorum penè infantium, & penè sugentium adhuc ubera, clamantium hosanna Hierosolymis in templo; idque perfecisti propter inimicos, & adversarios tuos, principes sacerdotum, & scribas; ut hoc modo saltem a malitia dissolveres, ac cessare faceres inimicum tuum tibi adversantem, & suæ gloriæ inanis defensorem, ac vindicatorem, ne suum locum perderent, & Judaicam gentem.

3. *Ex ore infantium, & lactentium perfecisti laudem* (1) *propter inimicos tuos: ut destruas inimicum, & ultorem.*

Dare a lui le dovute lodi per ciò, che egli è, e per tutto ciò, che egli ha operato, e farlo con un cuor umile, e pieno di dolcezza, persuasi, che esso rigetta le lodi degli orgogliosi, e de' vendicativi.

4. Cæterum quoniam ego attentius videbo tuos Cælos, quæ sunt opera pulcherrima tuis (ut ita dicam) digitis elaborata; & lunam videbo, ac stellas quas tu in cælestibus orbibus fundasti, & stabilivisti,

4. *Quoniam videbo cælos tuos, opera digitorum tuorum, lunam, & stellas, quæ tu fundasti.*

Considerare la bellezza del Cielo, e quella degli astri in particolare, per meglio conoscere fin dove giugne l'eccesso della potenza del grand' Artefice.

5. Idcircò exclamabo mirator: Quantula res est homo de luto formatus, ut tam bene-

5. *Quid est homo, quod memor es ejus?* (2) *aut filius ho-*

E della sua bontà verso l'uomo, a favore di cui egli ha fatto queste

(1) Matth. xxi. 16. (2) Job vii. 17. Psal. cxliii. 3. Hebr. ii. 6.

neficè tu recórderis ejus? aut quid eſt humana natura illius filii de humano ſemine Davidis, ut tam dignanter eam viſites unione ineffabili Verbi tui?

hominis, quoniam viſitas eum?

ſte coſe tanto maraviglioſe.

6. Feciſti quidem ipſum filium hominis Chriſtum paulò inferiorem Angelis ſecundum humanitatem: ſed propter paſſionem mortis, gloriâ reſurrectionis, & honore ſeſſionis ad dexteram tuam ornaſti eum, veluti coronâ: eumque conſtituiſti Dominum in omnia opera manuum tuarum.

6. Minuiſti eum paulo minus ab Angelis, gloriá, & honore coronaſti eum: & conſtituiſti eum ſuper opera manuum tuarum. (1)

Ammirare la ſua potenza nel formarlo dal fango della terra, e la ſua bontà nell' inalzarlo a così alto grado di gloria.

7. Omnia namque creata ſubdidiſti pedibus, & dominatui ejus, nihil dimittendo non ſubjectum ei, præter te Deum, qui ſubjeciſti ei omnia, & minimas etiam creaturas ditioni ejus ſubjeciſti, nempe oves, & boves omnes, ac pecora ipſa, præterea & animalia campeſtria, & agreſtia.

7. Omnia ſubjeciſti ſub pedibus ejus: oves, & boves univerſas, inſuper & pecora campi.

Dal canto noſtro amare Dio, acciocchè il noſtro amore verſo le creature non ci ſoggetti alle medeſime.

8. Et aves per aëreum cælum volitantes, & piſces ipſos maris,

8. Volucres cæli, & piſces maris: qui peram-

Amarlo a fine di eſſere ſuperiori agli uomini, ed agl'

(1) Geneſ. 1. 26 28.

ris, qui per varia ejusdem maris itinera discurrunt, & quæcumque moventur in aquis.

ambulant semitas maris.

agl' Angeli stessi, che non l'amano, che si sollevano contro di lui per il loro orgoglio, e che nuotano ne' vizj.

9. Domine dominator noster, ò quam grande est, & mirabile nomen, & regnum majestatis tuæ in tota terra!

9. Domine Dominus noster, quam admirabile est nomen tuum in universa terra!

Ammirare Dio nella differenza, che passa tra gli Angeli, e gli uomini, come in quella, che è fra le sue opere.

PSALMUS IX.

Le vendette di Dio contra li persecutori degli uomini dabbene; le varie sciagure, ove essi s'immergono; la condotta de' giusti verso Dio, e quella di Dio verso loro.

Avere special cura di condursi in tal maniera verso Dio, che ci rendiamo degni della condotta, ch'ei tiene sopra i giusti.

In finem: pro occultis filii: Psalmus David.

In perpetuum decantandus super occultis judiciis Dei in morte filii, Psalmus Davidi inspiratus.

Propheta. Profitebor, & celebrabo debitas tibi, Domine, laudes toto meo cordis affectu, & cuncta tua enarrabo opera admiranda erga me gesta.

Confitebor tibi, Domine, in toto corde meo; narrabo omnia mirabilia tua.

Aggiugner sempre all' ammirazione delle maraviglie di Dio la cura di raccontarle.

2. Læ- *2. Læ-* Ral-

2. Lætabor, & exsultans gloriabor de te ejusmodi mirabilium effectore: ac majestati tuæ psalmos canam, ò Deus altissime.

2. Lætabor, & exsultabo in te: psallam nomini tuo, Altissime.

Rallegrarsene, dandone con piacere a lui la gloria, e ringraziandolo come si deve.

3. Eo quod inimicus ille meus a te aversus fuerit retrorsum, atque fugatus: & eo quod reliqui quoque sequaces ejus corruentes debilitandi sint, atque perituri coram te, ipsorum a me injurias propulsante.

3. In convertendo inimicum meum retrorsum: infirmabuntur, & peribunt a facie tua.

Rendergli ancora profondissime grazie, allora che avrà allontanato da noi i nemici della nostra innocenza, di sorte che non siamo più da essi perseguitati.

4. Tu enim judicium hoc meum, causamque meam illam fecisti, pro me judicando contra adversarios meos: & in hoc meo negotio veluti pro tribunali sedisti tu, qui judicas justè.

4. Quoniam fecisti judicium meum, & causam meam: sedisti super thronum, qui judicas justitiam.

Riflettere alla condotta di Dio sopra i giusti, e sopra quelli, che li perseguitano. Egli prende finalmente sopra di se la loro causa, e contro d'essi li difende.

5. Tu minis, ac pœnis objurgasti ejusmodi gentes iniquas, statimque periit impius ille inimicus meus: eorumque omnium nominis memoriam abolevisti in sempiternum, & in omnia sæcula.

5. Increpasti gentes, & periit impius: nomen eorum delesti in æternum, & in sæculum sæculi.

Egli si dichiara giusto vendicatore delle loro inique persecuzioni, egli li estermina dalla terra, ed anche fa perdere loro tutta la fama, che avrebbono voluto acquistarsi colle loro violenze.

6. Et   *6. Ini-*   Egli

6. Et ita enses illi, & arma strepentia inimici illius mei jam desierunt in perpetuum; eorumque civitates evertisti.

7. Periitque eorum memoria, & recordatio una cum toto armorum suorum sono, atque strepitu: & Dominus æternum manet in solio regni sui.

8. Hic Dominus stabilivit, ac paravit tribunal suum ad judicium faciendum pro me vindicando ab oppressoribus; & idem judicaturus est cum justitia habitatores Terræ, judicaturus est, inquam, cum rectitudine omnes populos.

9. Et ita Dominus se mihi pauperi oppresso præbuit, veluti tutum locum refugii: & mihi adfuit adjutor temporibus opportunis cum opus erat, nempe in tribulatione, & angustia.

6. Inimici defecerunt frameæ in finem: & civitates eorum destruxisti.

7. Periit memoria eorum cum sonitu: & Dominus in æternum permanet.

8. Paravit in judicio thronum suum: & ipse judicabit orbem terræ in æquitate, (1) *judicabit populos in justitia.* (2)

9. Et factus est Dominus refugium pauperi: adjutor in opportunitatibus, in tribulatione. (3)

Egli rende inutili gli strali avvelenati, ch' essi lanciano contro i medesimi.

Egli li scancella altresì dalla memoria degli uomini a guisa di un romoreggiare confuso, che passa in un istante.

Egli li giudicà non secondo le loro idee, ma secondo la verità, e li punisce secondo la sua suprema equità.

Temere adunque di essere in questo numero, e desiderare di essere in quello de' giusti. Questi giusti, che sono poveri per lo rinunziamento di tutte le cose, e di cui Iddio prende tanta cura.

10. Om- 10. Et Que-

(1. 2.) Psal. xcv. 13. xcvii. 9. (3) Psal. xxxvi. 39. xlv. 2. xc. 15.

10. Omnes igitur, qui majestatem tuam agnoscunt, spem suam in te collocent, Domine, quia numquam ope tua deseruisti eos, qui te exquirebant, & invocabant ad adjutorium sui.

10. *Et sperent in te, qui noverunt nomen tuum: quoniam non dereliquisti quærentes te Domine.*

Questi giusti, che non fanno verun conto di loro medesimi, e pongono tutta la loro speranza in Dio,

11. Canite psalmos Domino, qui domicilium sanctum constructum habet in monte Sion: ejusque cogitationes, voluntates, & consilia mirabilia annunciate inter gentes omnes.

11. *Psallite Domino, qui habitat in Sion: annunciate inter gentes studia ejus.*

Questi giusti, de' quali l'applicazione, e lo studio è lodare Iddio, e farlo conoscere,

12. Quia cum eorumdem quærentium se sanguinem effusum vindicaturus requirit de manu homicidæ, illorum se semper memorem fuisse demonstrat: seque ostendit numquam fuisse oblitum deprecationis, & clamoris pauperum, quo ego clamore eum olim ita precabar:

12. *Quoniam requirens sanguinem eorum recordatus est:* (1) *non est oblitus clamorem pauperum.*

Questi giusti a favore de' quali dà di mano alla vendetta, e de' quali i clamori sempre sono a lui presenti,

13. Miserere mei, Domine; & humiliationem hanc meam, & afflictionem, quæ mihi

13. *Miserere mei, Domine: vide humilitatem meam*

Questi giusti, di cui egli esalta l'umiliazione con una compassione de-

(1) Genes. ix. 5.

hi fit ab inimicis meis, commiserationis oculo vide tu ,

14. Qui me semper erigere soles , & eripere de portis extremisque periculis mortis ; quo omnia tua erga me facta laudanda possim annunciare palam in portis, & compitis frequentissimis urbis Sion. Et hæc olim precabar.

15. Nunc verò exsultabo ob tuam , Domine, mihi allatam salvationem ; cum gentes adversariæ meæ demersæ sint , ac defixæ in ea perditionis fovea , quam mihi fecerant , ac pararant :

16. Et cum pes eorum eâ ipsâ pediculâ captus sit , quam mihi comprehendendo occultè tetenderant.

17. Agnoscetur planè Dominus cum sua manifestè ultionum judicia fecerit : veluti cum peccator suarum ipse

am de inimicis meis.

14. *Qui exaltas me de portis mortis : ut annuntiem omnes laudationes tuas in portis filiæ Sion.*

15. *Exsultabo in salutari tuo : infixæ sunt gentes in interitu, quem fecerunt.* (1)

16. *In laqueo isto, quem absconderunt :* (2) *comprehensus est pes eorum.*

17. *Cognoscetur Dominus judicia faciens: in operibus manuum sua.*

degna della sua bontà.

Questi giusti , che egli trae dalle occasioni pericolose , ove si trovano esposti , per far loro provare l'eccesso delle sue misericordie ,

Questi giusti , che si rallegrano ne' loro patimenti alla vista di quelli di Gesù Cristo.

Ammirare l'ordine della condotta di Dio in favore de' giusti , nel far cadere gli empj in quegli stessi lacci, ed insidie , che loro tendono.

Riconoscere la sua potenza , nel fare ridondare a loro danno ciò , ch'essi macchinavano

(1) Psal. VII. 16.

(2) Psal. LVI. 7.

ipse opetibus manuum captus fuerit, atque corruerit.

suarum comprehensus est peccator.

vano per rovinare i giusti.

18. Revolvantur in infernum peccatores; eòque revolvantur gentes omnes, quæ obliviscuntur Dei.

18. *Convertantur peccatores in infernum: omnes gentes, quæ obliviscuntur Deum.*

Distinguere quì due sorte di peccatori colpevoli dell' inferno; gli uni, che fanno al prossimo il male, che Iddio loro vieta; gli altri che vivono dimentichi di Dio, e di tutti i loro doveri verso di lui.

19. Quia non in perpetuum oblivioni erit pauper: & patiens exspectatio pauperum non in perpetuum frustrata peribit.

19. *Quoniam non in finem oblivio erit pauperis: patientia pauperum non peribit in finem.*

Intendere con piacere la promessa di Dio in favore de' giusti, di coronare di eterna memoria la pazienza con la quale essi soffrono.

20. Exsurge (ut ita dicam) a longa patientia tuâ, Domine, ne, quæso, se homo fortificet, ac prævaleat: judicentur, quæso, puniantutque gentes impiæ in tuo conspectu, ac tribunali.

20. *Exsurge, Domine, non confortetur homo: judicentur gentes in conspectu tuo.*

Vegliare sopra di noi medesimi contro le inclinazioni dell' uomo vecchio, e non seguire per secondarle nè l' esempio, nè il costume.

21. Et tuæ, Dominè, providentiæ permissu constitue super eos terrificum magistrum aliquem, vel tyrannum; ut

21. *Constitue, Domine, legislatorem super eos: ut sciant gentes, quo-*

Sapere, che noi siamo uomini capaci ad ogni momento d'ingannarci, se non seguitia.

ut istiusmodi gentes discant, & agnoscant, se homines esse miseros, & invalidos.

quoniam homines sunt.

tiamo le regole di Gesù Cristo nostro divino legislatore.

22. Quare, Domine, ita te exhibes, ut videaris veluti a nobis abscessisse, atque stetisse a longe? ut quid nos dissimulas in temporibus opportunis, nempe in tribulatione, & angustia?

22. Ut quid Domine recessisti longe? despicis in opportunitatibus, in tribulatione.

In questo luogo imparare, che piace talvolta a Dio d' abbandonare i giusti alla discrezione de' peccatori per qualche tempo.

23. Cum impius superbit, pauper persecutionis ignibus ardet, & cruciatur: sed impii capiuntur indubie ad interitum sui per ea ipsa consilia scelesta, quæ excogitaverant ad perniciem aliorum.

23. Dum superbit impius, incenditur pauper: comprehenduntur in consiliis, quibus cogitant.

Opporre santamente al loro orgoglio l' umiltà, ed alle loro persecuzioni la carità.

24. Quoniam autem se peccator laudat de concupiscentiis satiatis animi sui, & sibi benedicit, & applaudit avarus, & iniquus;

24. Quoniam laudatur peccator in desideriis animæ suæ, & iniquus benedicitur.

Ricordarsi, che Iddio saprà ben rivolgere contro essi i loro perversi disegni nel tempo stesso, che si vedranno più approvati da i loro simili.

25. Idcirco peccator ejusmodi Dominum blasphemavit, & concitavit ad iram, & per multam iracundiam, & fastuosam arrogantiam suam Deum non ex-

25. Exacerbavit Dominum peccator, secundum multitudinem iræ suæ non quæret.

26. Non

Riguardare come la più gran sciagura, che possa avvenire al peccatore su la terra, il peccar continuamente senza es-

exquiret, eique placere non curabit.

26. Deus non est coram eo peccatore, & in cogitationibus ejus; cujus actiones, quibus vitam transigit, contaminantur omni tempore.

26. Non est Deus in conspectu ejus: inquinatæ sunt viæ illius in omni tempore.

essere punito da Dio.

Oh che disgrazia in effetto, dimorare in questi sviamenti, di non aver più in veduta Iddio, e d'imbrattarsi ad ogni momento nel fango di nuovi peccati!

27. E regione faciei ejus tolluntur, longeque fiunt tua, Domine, jura servanda, & tua judicia terribilia in eum exercenda; unde & in omnes inimicos suos dominari conabitur.

27. Auferuntur judicia tua a facie ejus: omnium inimicorum suorum dominabitur.

Di vivere dimenticato de' giudizj di Dio, e divenire sempre più superbo, ed insolente per le vittorie, che si riportano de' proprj nemici.

28. Locutus est namque in animo suo ita; *Ego a felicitate hac mea numquam dimovebor in omnia futura tempora, eroque semper sine malo, & afflictione.*

28. *Dixit enim in corde suo*: Non movebor a generatione in generationem, sine malo.

Di riguardarsi, come padrone della sua sorte, senza che veruno abbia ardire di turbarla.

29. Sermo oris ejus plenus est execrationis, & amarulentiæ, & fraudis; & in lingua ejus verba sunt aliis laborifera, ac facientia dolorem.

29. Cujus maledictione os plenum est, & amaritudine, & dolo: (1) sub lingua ejus labor, & dolor.

Non parlare giammai, se non a spese di Dio, e degli uomini, e di tutte le virtù morali, e cristiane.

30. Is

30. Se-

D'

(1) Psal. XIII. 3 Rom. III. 14.

30. Is una cum sibi similibus divitibus rapacibus sedet in insidiis, sedet, inquam, in locis absconditis, ad occidendum aliquem innocentem.

30. *Sedet in insidiis cum divitibus in occultis, ut interficiat innocentem.*

D' essere tutto occupato ne' mezzi valevoli a far perire l'innocente, senza che questi se ne possa accorgere.

31. Et inde oculi ejus circumspiciunt in pauperem prætereuntem: insidiatur enim in loco abscondito, quemadmodum leo in sua spelunca insidiatetur oviculæ.

31. *Oculi ejus in pauperem respiciunt: insidiatur in abscondito, quasi leo in spelunca sua.*

D'essere animato dalla rabbia contro il meschino a guisa d' un leone verso la preda, che vuol divorare.

32. Insidiatur autem ad rapiendum aliquem pauperem; ad rapiendum, inquam, pauperem, cum ad paratam decipulam attraxerit eum.

32. *Insidiatur, ut rapiat pauperem: rapere pauperem, dum attrabit eum.*

Non pensare, se non di trarlo a se in tutte le maniere, ad effetto di rapire più sicuramente ciò che gli appartiene,

33. In qua decipula sua captum, deprimet eum, atque subjiciet, & irruens incurvabit se, totusque procumbet quasi super prædam vorandam, cum scilicet in ejusmodi pauperes insidiose captos fuerit dominatus.

33. *In laqueo suo bumiliabit eum, inclinabit se, & cadet, cum dominatus fuerit pauperum.*

Di vivere nell' acciecamento di non vedere le crudeli cadute che fa, credendosi superiore a i poveri, che opprime,

34. Nec id mirum, existimavit enim, & dixit in animo suo: *Oblitus est Deus rerum bumanarum, quæ hic fiunt, faciemque suam* aver-

34. *Dixit enim in corde suo:* Oblitus est Deus, avertit faciem suam ne videat in fi-

Di persuadersi, che Dio non pensi a sostenere questi poveri contro di lui;

avertit in perpetuum, ne videat quæ hic fiunt, bona, vel mala.

finem. (1)

35. Surge, Domine, Deus meus, ad tantam impietatem; elevetur, & excelſa monſtretur in ulciſcendo manus, & potentia tua: ne videaris velut oblitus pauperum.

35. *Exurge, Domine Deus, exaltetur manus tua: ne obliviſcaris pauperum.*

E che li abbandona totalmente in ſua balìa.

36. Ob quam enim cauſam impius te Deum concitavit ad iram? nempe quia in animo ſuo exiſtimavit, & dixit: *Deus rationem factorum noſtrorum non eſt requiſiturus.*

36. *Propter quid irritavit impius Deum? dixit enim in corde ſuo:* Non requiret.

Oh che ſventura finalmente per il peccatore, vivere in sì gran cecità, che ſi perſuada laſciare Iddio impunite le più crudeli ingiuſtizie!

37. At tu, Deus, omnia vides, nam tu conſideras laborem, ac dolorem, quibus improbi probos laborare faciunt, & dolere; ut eoſdem improbos tandem tradas in ultrices manus tuas, æterno ſupplicio cruciandos.

37. *Vides, quoniam tu laborem, & dolorem conſideras: ut tradas eos in manus tuas.*

Perſuaderſi all' oppoſto, che Dio ha ſempre gli occhi aperti ſu ciò, che il peccatore fa ſoffrire all' innocente.

38. Tibi Domine, tuæque tutelæ dimiſſus eſt pauper, & tu pupillo humana ope deſtituto aderis adjutor.

38. *Tibi derelictus eſt pauper: orphano tu eris adjutor.*

Ch'egli ha una cura particolare di chi ſi abbandona totalmente in lui, e non cerca al-

39. Ita- 39. Con- al-

(1) Job XXII. 13. Pſalm. XCIII. 7.

altro appoggio, che lui,

39. Itaque peccatoris, & maligni pauperes opprimentis brachium, roburque contere: & ita confracto brachio peccatoris, si ejusdem peccatum, & facinus requiretur, non invenietur amplius, & non extabit, quia patrati non poterit.

39. *Contere brachium peccatoris, & maligni: (1) quaeretur peccatum illius, & non invenietur.*

Che fa nota la giustizia dell'accusato, mentre aggrava di sciagure l'accusatore,

40. Dominus regnabit in æternum, & in omnia sæcula: vos autem gentes impiæ de terra illius expulsæ peribitis.

40. *Dominus regnabit in æternum, & in sæculum sæculi: (2) peribitis gentes de terra illius.*

Che fa regnar seco l'innocente, dopo aver questi sofferto per lui, mentre precipita per sempre nell'inferno i suoi accusatori.

41. Dominus exaudivit desiderium pauperum; & certè auris tua, Domine, audivit attenta præparationem, propositum, ac desiderium cordis eorum,

41. *Desiderium pauperum exaudivit Dominus: præparationem cordis eorum audivit auris tua.*

Che ben lungi dallo scordarsi de' suoi patimenti, esaudisce, e previene ancora i suoi desiderj.

42. Ut faceres judicium pupillo, & humili oppresso; quo nequaquam ultra adderet in terra se magnum exi-

42. *Judicare pupillo, & humili: ut non apponat ultra magnificare se bo-*

Restar finalmente persuaso, che ogni ingiustizia sarà punita, ed aspettare fra tanto

 con

(1) Job xxxviii. 13. Psalm. xxxvi. 17.
(2) Psalm. xxviii. 10. cxliv. 13. cxlv. 10. Jerem. x. 10. Thren. v. 19. Daniel iv. 31. vi. 26. 1. Timoth. 1. 17.

existimare, atque jactare superbe homo de terra.

homo super terram.

con pazienza, ed umiltà l'ordine di Dio.

PSALMUS X.

NOn cercare altro asilo, che Iddio ne' mali, che gli uomini ci fanno tollerare, o de' quali ci minacciano. Ricevere le prove, ove Dio ci pone, come segni del suo amore. Tirare sopra di noi i suoi sguardi favorevoli, conformandoci in tutte le cose alle regole dell'equità.

Applicarsi con tutto lo studio ad apprendere queste regole, amarle, e seguitarle in tutta la propria condotta.

In finem: Psalmus David.

In perpetuum decantandus Psalmus Davidi inspiratus.

PROPHETA. Ego in Domino confisus sum; quomodo ergo vos, amici mei, hæc animæ meæ verba dicitis: *Transfuge hinc, & citissime, ut passerculus transvola in montem?*

In Domino confido, quomodo dicitis animæ meæ: Transmigra in montem sicut passer?

Fissarsi in Dio per mezzo di una viva fede, e d'una ferma speranza, senza cercare altro asilo.

2. *Quia ecce peccatores isti persecutores tui jam arcum suum tetenderunt: suasque sagittas præparaverunt in pharetra, ut prodi*te-

2. Quoniam ecce peccatores intenderunt arcum, (1) paraverunt sagittas suas

Star sicuri in lui contro tutte le minacce degli uomini.

Man-

(1) Psalm. LXIII. 4. 5.

torie noctu, cum obscura fuerit luna, emissis arcu sagittis configant eos, qui rectum, & innoxium animum habent.

suas in pharetra, ut sagittent in obscuro rectos corde.

3. *Tum etiam quia ipsi jam destruxerunt ea fundamenta, ac stabilimenta, quae tibi tuaeque familiae aptaveras, atque perfeceras; porro justus hic, & innocuus, quid illis umquam mali fecit?*

3. Quoniam quae perfecisti destruxerunt: justus autem, quid fecit?

Mantenersi verso di loro e nella rettitudine del cuore, e nella giustizia, allorchè essi violano tutte le leggi nel perseguitarci.

4. At Dominus est in templo suo sancto, quo ego confugiam: ejusdemque Domini thronus est in Caelo super mortales omnes.

4. *Dominus in templo sancto suo:* (1) *Dominus in Caelo sedes ejus.*

Adorate la possanza di Dio, e sottomettervisi.

5. Oculi ejus in pauperem prospiciunt oppressum injustè: ejus obrutus examinant filios hominum.

5. *Oculi ejus in pauperem respiciunt,* (2) *palpebrae ejus interrogant filios hominum.*

Aver gli occhi sopra di lui, qual padre pieno di tenerezza.

6. Omnemque hominem tum justum, tum impium examinat Dominus, quid agant, & quemadmodum vivant. Caeterum, qui id, quod iniquum est, amar, is odio habet suam ipsius animam.

6. *Dominus interrogat justum, & impium: qui autem diligit iniquitatem, odit animam suam.*

Persuadersi, che i cimenti, alli quali ci mette, sono segni del suo amore.

7. In- 7. *Pluet* C 4 Che

(1) Habac. II. 20. (2) Psal. XXXII. 13. XXXIII. 16. 17. XXV. 7.

7. Instar pluviæ namque Deus laqueos immittet in peccatores, quibus capiantur ad supplicium: eorumque peccatorum, veluti quotidiana victus, & potus portio, erit ignis, & sulphur, & ventus procellosus.

7. Pluet super peccatores laqueos: ignis, & sulphur, & spiritus procellarum, pars calicis eorum. (1)

Che ci preparà le corone, mentre si dispone a lanciare tutti li tratti del suo sdegno su' nostri persecutori.

8. Nam justus est Dominus, & quæ justa sunt, dilexit semper, ut odivit semper injusta: ejusque facies benigno semper aspexit oculo, & approbavit id quod æquum est, & rectum, ut aversatus est semper omne pravum.

8. Quoniam justus Dominus, & justitias dilexit: æquitatem vidit vultus ejus.

Amare la giustizia, e conformarsi in tutto alle regole dell' equità, a fine di tirare sopra di noi gli sguardi di Dio, e li suoi favori.

PSALMUS XI.

Fidarsi delle promesse di Dio, regolarsi su le sue parole, e non regolarsi nè sopra gli esempj, nè sopra i discorsi, che gli sono contrarj.

Diffidare dell'apparenze, ed aver cura di non dilungarsi punto dalla verità.

In finem: pro octava: Psalmus David.

In perpetuum decantandus super cithara octo chordarum, vel super octavo sono. Psalmus, Davidi inspiratus.

Propheta. Salva me Domine, quia pene

Salvum me fac, Domine, quo-

Pregare con tanto più di fervore, quan-

(1) Ezechiel. xxxviii. 22.

ne defiit effe homo pius, & fanctus, & quia ad paucum numerum redactæ funt, & pene defecerunt veracitates, & fidelitates inter filios hominum.

quoniam defecit fanctus: quoniam diminutæ funt veritates a filiis hominum.

quanto fi vede più di fregolamento nel Mondo, a fine di non effere ftrafcinati dalla forza del cattivo efempio,

2. Nam ferè quifque hominum folitus eft inania, & mendacia verba loqui cum proximo fuo, & per labia, fermonefque blandos, & fraudolentos duplici corde, & animo, aliud dicendo, & aliud fentiendo, mala loqui confueverunt.

2. *Vana locuti funt unufquifque ad proximum fuum: labia dolofa in corde, & corde locuti funt.*

Nè fedotti da i vani difcorfi, e dalle falfe apparenze di rettitudine, e di fincerità.

3. Exfcindat Dominus, ac perdat omnia hujufmodi labia fraudulenta, & linguam omnem & de fe magnifice, & de aliis fuperbe loquentem.

3. *Difperdat Dominus univerfa labia dolofa: & linguam magniloquam.*

Diffidarfi fempre de' gran ciarloni, come di gente, che fa poco conto di Dio, e della verità:

4. Eofque Dominus difperdat, qui foliti funt dicere: *Linguam noftram fuperbiloquentia roborabimus; grandia, & arrogantia verba loquemur, labia noftra a noftro funt arbitratu movenda, & prout libuerit noftra funt verba promenda. Ecquis noftri eft Dominus, qui nos coerceat*

4. *Qui dixerunt;* Linguam noftram magnificabimus, labia noftra a nobis funt: quis nofter Dominus eft?

Di Dio, imperocchè effi non vogliono ricevere da lui ciò, che dicono; della verità, perchè l'uomo non ha da fe fteffo, fe non la menzogna.

5. Pro- .Ri-

ceat, ne loquamur.

5. Deus. Propter calamitatem, quam patiuntur pauperes, & propter lamentationem, & gemitum inopum, nunc exsurgam opem illis laturus (dicit Dominus).

5. *Propter miseriam inopum, & gemitum pauperum, nunc exsurgam (dicit Dominus).*

Riconoscere quì l'effetto della preghiera del povero, di colui, che geme umilmente avanti di Dio per la propria miseria,

6. Eosque pauperes liberabo ab oppressoribus, & ponam in salute, & in tuto, & libere, fidenterque agam in ea salute præstanda, nullo me impediente.

6. *Ponam in salutari: fiducialiter agam in eo:*

Che conta unicamente sopra della sua assistenza, e non confida punto nelle proprie forze.

7. Propheta. Verba hæc, & promissa Domini verba sunt ab omni falsitate, ac dolo pura: pura, inquam, sunt velut argentum purissimum igne examinatum, & peritis terræ aurificibus probum, & velut argentum septies, ac sæpius repurgatum.

7. *Eloquia Domini, eloquia casta, argentum igne examinatum, probatum terræ, (1) purgatum septuplum.*

Credere fermamente, che le promesse di Dio non possono mancare, siccome le sue parole sono schiette, e sincere, a fine di fondarsi in esse.

8. Tu nos ergo, Domine, custodi, nosque conserva ab hoc genere pravo hominum in æternum usque.

8. *Tu Domine, servabis nos, & custodies nos a generatione hac in æternum.*

E su di quelle assicurarsi per sempre della cura, che ha per noi, e della sua protezione.

9. Nam circumquaque,

9. *In circui-*

Fissarsi in Dio per

---

(1) Psalm. cxviii. 140. Proverb. xxx. 5.

què, & ubique impii obambulant, & undique nos cingunt, cum tu secundum imperscrutabilem altitudinem judiciorum tuorum multiplicaveris filios Adæ, multum illis semper prospiciens, & consulens sive bonis, sive malis.

cuitu impii ambulant: secundum altitudinem tuam multiplicasti filios hominum.

per non essere più esposti a i movimenti delle passioni: egli saprà sostentarci nelle nostre pene, ed afflizioni.

PSALMUS XII.

Sentire vivamente l'allontanamento di Dio; temerne le conseguenze funeste; prevenirle con una preghiera umile, fervida, e piena di fiducia.

Impegnare Iddio con la nostra sommissione a non scordarsi di noi.

In finem: Psalmus David.

In perpetuum decantandus Psalmus, Davidi inspiratus.

PROPHETA. Usque ad quod tempus videberis mei oblitus, ò Domine, perpetuo ne? Usque ad quod tempus, ut iratus aversurus es a me benignam faciem tuam?

2. Quousque anceps recogitando ponam varia, & nova consilia in anima mea ad evadendum pericula? quo-

Usquequo, Domine, oblivisceris me in finem? usquequo avertis faciem tuam a me?

2. Quamdiu ponam consilia in anima meat dolorem in corde meo per diem?

Esporre umilmente a Dio ciò che soffriamo a cagione dell' essersi allontanato da noi, e dell'aridità, nella quale ci troviamo:

L' inutilità de' mezzi, a i quali ci appigliamo per escire da questo stato; ed il dolore,

quousquè novum dolorem ponam in corde meo omni die, ac nocte?

3. Usque ad quod tempus inimicus ille meus elevabitur contra me, meque deprimet? Aspice, quæso, benignus in me, & exaudi me te implorantem, Domine Deus meus.

4. Illumina oculos meos interiores præ tristitia dormitantes; ne aliquando obdormiam in perpetuum mortis somnum, & ne aliquando inimicus hic meus dicat de me: *Prævalidior illo fui ego.*

5. Qui me opprimunt, triumphantes exsultabunt, si eorum ego violentia concussus, dimotus fuero a spe mea in te: verum ego in tua semper misericordia firmus speravi, atque sperabo.

6. Igitur posthac cor meum gaudio exsultabit de salute, & liberatione a te mihi præstanda: & laudes canam Domino, qui mihi benefecerit; psalmos-

diem?

3. *Usquequo exaltabitur inimicus meus super me? respice, & exaudi me, Domine Deus meus.*

4. *Illumina oculos meos, ne umquam obdormiam in morte: ne quando dicat inimicus meus:* Prævalui adversus eum.

5. *Qui tribulant me exsultabunt, si motus fuero: ego autem in misericordia tua speravi.*

6. *Exsultabit cor meum in salutari tuo: cantabo Domino, qui bona tribuit mihi: & psallam nomi-*

re, chè se nè sente.

Scongiurarlo a gettar sopra di noi uno sguardo favorevole, che freni l' insolenza de' nostri nemici invisibili,

Un raggio di questo divino lume, che ci fa conoscere il pericolo, e ce lo fa evitare.

Domandargli queste grazie con istanza, con umile confidenza, come che si tratta della sua gloria di sostenerci nel bene.

Gioire d' una santa allegrezza, allorchè sono esaudite le suppliche: sentirsi nel cuore una viva riconoscenza, e dare

mosque cantabo in honorem majestatis Domini altissimi, atque supremi.

mini Domini altissimi.

re a Dio mille, e mille lodi.

PSALMUS XIII.

Giudicare della sua fede dalli suoi costumi, e non dalle sue proprie idee. Non lasciarsi trasportare nè a ciò che il Mondo pratica, nè a ciò ch'egli approva, a fine di non essere partecipe nè de' suoi peccati, nè delle sue disavventure, che ne sono inseparabili.

Ravvivare spesso la propria fede, ed esaminare, se la vita, che si mena, è conforme alle sue regole.

In finem: Psalmus David.

In perpetuum decantandus Psalmus Davidi inspiratus.

PROPHETA. Stultus, & amens homo sensit, & dixit in animo suo, quod non sit Deus.

2. Omnes homines in Adam peccaverunt, seque & vias suas corruperunt, & abominabiles Deo facti sunt in voluntatibus, & affectionibus suis, intenti ad malum omni tempore: non est inter eos ex

Dixit insipiens in corde suo: Non est Deus.

2. *Corrupti sunt, & abominabiles facti sunt in studiis suis:* (1) *non est, qui faciat bonum, non est usque ad unum.*

3. *Do-*

Esaminare più co' proprj costumi, che colle semplici idee, ciò che si crede di Dio.

Mirare con orrore l'eccesso della corruttela, ove va a precipitarsi, chi non vive della fede.

Os-

(1) Psalm. LII. 1.

ex se justus quisquam, nec est qui suis viribus exerceat bonitatem secundum Deum; non est, inquam, ne unus quidem.

3. Dominus de Cœlo perspexit in filios hominum, ut videret num esset aliquis, qui sana mente Deum intelligeret, aut saltem exquireret eum cognoscere, eique obedire.

3. Dominus de Cœlo prospexit super filios hominum, ut videat, si est intelligens, aut requirens Deum.

Osservare attentamente, se mai c'ingannassimo nel credere, che cerchiamo Iddio in tutto ciò, che facciamo.

4. Et ecce omnes filii hominum deflexerant, & recesserant a Deo, pariterque omnes fœtuerant, & inutiles, & inepti effecti fuerant ad opus bonum Deo dignum; & coram oculis Dei non erat, qui bonitatem sicut illi placet, exerceret, non erat, inquam, ne unus quidem.

4. Omnes declinaverunt, simul inutiles facti sunt: (1) *non est, qui faciat bonum, non est usque ad unum.*

Riguardare, come origine del disordine il giudicare di se stesso su le proprie idee, e non su le regole dateci da Dio.

5. Eorum planè guttur fœtidos sermones exhalans est veluti apertum sepulchrum putrefacti cadaveris, suisque linguis usi sunt ad dolum faciendum per verba blanda: cum interim

5. Sepulchrum patens est guttur eorum, linguis suis dolose agebant: venenum aspidum sub labiis eorum.

Pensare seriamente, s'egli non sia pur troppo vero, che si diviene detrattore crudele, perchè si vede gradita la maldicenza, e fraudolen-

(1) Rom. III. 12.

rim velut insanabile venenum aspidum lateat sub verbis eorum.

rum.

lento, perchè sono trattate come persone da nulla, quei, che sono retti, e sinceri.

6. Ex eorum ore sermo prolatus, execrationis, & amarulentiæ plenus est, eorumque pedes veloces sunt in currendo, ut humanum sanguinem fundant.

6. Quorum os maledictione, & amaritudine plenum est: veloces pedes eorum ad effundendum sanguinem.

Riflettere, se questi misfatti facciano grado ad altri, cioè alla calunnia, ed alla violenza: lasciandosi sedurre dalle lodi, che il Mondo dà a coloro, i quali giungono ai loro fini anche per mezzi iniqui.

7. In eorum viis, modisque vivendi fit aliorum contritio, atque calamitas, & vitam pacatam agere non noverunt; & non est timor aliquis de Deo coram oculis mentis eorum.

7. Contritio, & infœlicitas in viis eorum, & viam pacis non cognoverunt: non est timor Dei ante oculos eorum.

Considerare le sventure, le quali, come parla quì il profeta, accompagnano, e seguitano coloro, che vivono in questi peccati,

8. Verum nonne tandem Deum intelligent, & agnoscent omnes, qui id quod est iniquum faciunt? Qui iniquitate sua populum meum pauperem, qui mecum est, deprædantes devorant, ac si famelici devorarent panem.

8. Nonne cognoscent omnes, qui operantur iniquitatem? Qui devorant plebem meam sicut escam panis.

I nomi orribili, che Iddio dà loro di operaj d'iniquità, e di divoratori degli uomini.

9. Hi Dominum non in-

9. Dominum non

Lo strano spaven

invocaverunt, ut ipsis adesset adjutor, quapropter vano ibi timore formidaverunt, ubi justi timoris causa non erat.

non invocaverunt, illic trepidaverunt timore, ubi non erat timor.

vento, in cui egli li sommergerà, senza che essi possano liberarsi, o ricorrere a lui.

10. Nam Dominus cum genere justorum hominum est, ut illis adsit, & opem ferat. Sed vos impii pudore perfudistis, & derisistis consilium, ac propositum probi pauperis; nempe quod in solo Domino esset posita spes ejus.

10. *Quoniam Dominus in generatione justa est, consilium inopis confudistis, quoniam Dominus spes ejus est.*

Riconoscere la giustizia di Dio sì nell'assister quei, che sperano in lui, sì nell' abbandonare ad una eterna confusione coloro, che gli han ricoperti di rimproveri, e di vergogna, perchè in esso confidano.

11. O utinam, quis det de monte Sion Salvatorem illum Israelis? Cum Dominus captivum populum suum reduxerit a captivitate, & servitute miserrima: tunc Jacobi patriarchæ progenies exsultabit; æternumque lætabitur Israeliticus populus.

11. *Quis dabit ex Sion salutare Israel? cum averterit Dominus captivitatem plebis suæ, exsultabit Jacob, & lætabitur Israel.*

Desiderare ardentemente questo tempo di piaceri, e di gioja, in cui esenti dalle vessazioni de' nostri nemici saremo in una piena libertà di servire a Dio, e di attendere totalmente a lui.

PSALMUS XIV.

Mezzi indispensabilmente necessarj per giugnere alla salute.

Paragonare la propria condotta con questi mezzi; e persuadersi, che non si ha volontà di salvarsi, se non in quanto si mettono in esecuzione.

Psal-

Psalmus David.

Psalmus Davidi inspiratus.

PROPHETA. Domine, quis digne habitabit, ut peregrinus in hoc temporario tentorio tuo? Aut quis tandem perpetuò requietus habitabit in æterno isto sancto monte tuo?

Domine, quis habitabit in tabernaculo tuo? aut quis requiescet in monte sancto tuo? (1)

Pensare seriamente alla propria salute, ed adoprare i mezzi seguenti, come indispensabilmente necessarj per giugnervi.

2. DEUS. Is peregrinabitur in tentorio meo, & requiescet in monte meo, qui viâ vitæ suæ incedit sine macula criminis, & opera justa facit.

2. *Qui ingreditur sine macula, & operatur justitiam.* (2)

Questi mezzi sono la purità del cuore, e la pratica delle buone opere.

3. Nempe is, qui ex animo suo sincere dixerit veritatem: qui non usus fuerit suâ linguâ ad faciendam fraudem proximo suo.

3. *Qui loquitur veritatem in corde suo: qui non egit dolum in lingua sua.*

L'amore della verità, e la sincerità nel parlare.

4. Neque aliquid mali eidem proximo suo fecerit: & probrum adversus proximos suos nec ipse acceperit ad exprobrandum, nec a criminatore dici sustinuerit.

4. *Nec fecit proximo suo malum: & opprobrium non accepit adversus proximos suos.*

La carità, che impedisce di fare, e di pensare ciò che è contrario al prossimo.

5. Et is coram quo aspernandus, & pro nihilo reputatus fuerit ho-

5. *Ad nihilum deductus est in conspectu*

Un santo disprezzo de' malvagj, ed una perfetta

(1) Psalm. XXIII. 3.

(2) Isai. XXXIII. 15.

homo malignus, quamvis potens ille fuerit, & dives: contra vero magnifecerit, & gloria dignos reputaverit timentes Dominum, quamvis pauperes, & imbecilles.

ctu ejus malignus, timentes autem Dominum glorificat.

fetta ſtima degli uomini da bene.

6. Et is, qui cum aliquid juramento promiſerit proximo ſuo, poſtea irritum ei non fecerit, quod juraverat; quique ſuam pecuniam aliis fœnori non dederit, & munera non acceperit ad innocentem aliquem lædendum.

6. Qui jurat proximo ſuo, & non decipit: qui pecuniam ſuam non dedit ad uſuram, (1) *& munera ſuper innocentem non accepit.*(2)

La fedeltà nelle promeſſe, sì a Dio, come al proſſimo; l'impreſtanza ſenza ſperare niente di più, e la giuſtizia renduta gratuitamente.

7. Qui hæc, inquam, fecerit, is non dimovebitur in æternum, ſed ſtabilis, perpetuuſque habitator erit in monte ſancto meo.

7. Qui facit hæc, non movebitur in æternum.

Vivere in tal guiſa, e perſevetarvi fino all'ultimo.

PSALMUS XV.

LA ſcelta che Iddio ha fatto di noi per ſervirlo puramente, e gratuitamente. La preferenza de' Criſtiani ai Giudei. Predizioni de' patimenti, della morte, della riſurrezione e dell'aſcenſione di Gesù Criſto.

Corriſpondere alla ſcelta di Dio con la fedeltà in ſervirlo, e nell'imitare Gesù Criſto.

Ti-

(1) Exod. xxii. 25. Levit. xxv. 36. Deuter. xxiii. 19.
(2) Exod. xxiii. 8. Deuter. xvi. 19.

Tituli inscriptio : ipsi David.

Ad perpetuam memoriam recolendus, perinde ac si esset inscriptio insculpta in titulo vel columna, Psalmus Davidi inspiratus.

CHRISTUS. Custodi me hominem a morte, donec venerit tempus a te præfinitum, Domine Deus Pater; nam in te speravi. Ego dixi Domino: *Deus meus es tu, quo tota mea indiget humanitas, cum tu non indigeas bonis humanæ naturæ meæ operibus, ut sis beatus.*

Conserva me Domine, quoniam speravi in te: Dixi Domino: Deus meus es tu, quoniam bonorum meorum non eges. (1)

Conoscere, che si deve attribuire alla bontà di Dio, non già al bisogno, che egli abbia di noi, l'averci egli scelti per il suo servizio.

2. Ipse Deus non sibi, sed sanctis hominibus, qui in hac ejus terra versantur, mirabiliter prodesse fecit omnes meas voluntates, quas pro eis redimendis habui in vitâ meâ.

2. *Sanctis, qui sunt in terra ejus, mirificavit omnes voluntates meas in eis.*

Confessare, che si deve al suo amore verso di noi l' innocenza, e la santità, nella quale si vive;

3. Quorum quidem sanctorum multæ prius fuerant imbecillitates ex vitiis, erroribus, & idololatria quammaxime: sed postea per opus redemptionis meæ ad me Redemptorem velociter properaverunt.

3. *Multiplicatæ sunt infirmitates eorum: postea acceleraverunt.*

Ch'egli ha fatto servire al nostro avanzamento ciò, che era più valevole ad impedirlo.

4. Eo- 4. *Non* D 2 Am-

(1) Job xxii. 3. xxxv. 7. Psalm. xlix. 9.

4. Eorum autem ego congregabo ecclesias, & congregationes non cruentas de libatis sanguinibus pecorum, ut in veteri lege: & ne nomina quidem sive priorum infirmitatum, sive cruentarum victimarum commemorabo amplius labiis meis, vel ad damnandum, vel ad exigendum.

5. Dominus Deus est ipse mihi homini tamquam tota portio mea hæreditaria, & tamquam tota portio victus, & potus mei, unde vivo, unde beor: sed & tu, Domine, es is, qui mihi præterea restitues, ac redintegrabis a me possidendam hæreditatem illam humani generis in primo parente collapsam, atque deperditam.

6. In cujusmodi hæreditatis adeptione quodammodo funiculi mensorii, ac sortes mihi obvenisse videntur veluti in locis pulcherrimis, ac præstantissi-

4. Non congregabo conventicula eorum de sanguinibus: nec memor ero nominum eorum per labia mea.

5. Dominus pars hæreditatis meæ, & calicis mei: (1) *tu es qui restitues hæreditatem meam mihi.*

6. Funes ceciderunt mihi in præclaris: etenim hæreditas mea præclara est mibi.

7. Be-

Ammirare le differenze de i legami, che uniscono insieme i Fedeli nella Chiesa da quelli degli Ebrei nella Sinagoga.

Riguardare con stupore la differenza de' beni a loro promessi: i beni temporali erano la sorte de' Giudei; Dio istesso è l'eredità de' Cristiani.

Essere egualmente grato, che sorpreso dall' ammirazione per una sorte sì felice, e di una eredità tanto preziosa.

Be-

(1) Psalm. LXXII. 25. CXVIII. 57. CXLI. 7. Threp. III. 24.

tiſſimis: hæreditas namque hæc mea eſt ſpecioſiſſima mihi, ac præſtantiſſima.

7. Itaque benedicam Domino, quod me iſtiuſmodi præclaræ hæreditatis intelligentem reddiderit; & quod etiam ad noctem uſque ſemper me erudierint, atque admonuerint interni affectus mei, ut opus redemptionis perficerem, quod ille mihi commiſerat.

7. Benedicam Dominum, qui tribuit mihi intellectum: inſuper, & uſque ad noctem increpuerunt me renes mei.

Benedire Iddio per avercene dato la cognizione, ed eſſervi tanto più ſenſibili, quanto più ſiamo iſtruiti dalla corruzione naturale del quanto noi ne ſiamo lontani.

8. Ego jugiter providebam, ac præponebam coram me Dominum, tamquam ſcopum, ut illius nutu cuncta perficerem: quia adeſt ille mihi auxiliator, velut ad latus meum dexterum, ne inter paſſiones acerbiſſimas dimovear a peragendo opere illo meo.

8. Providebam Dominum in conſpectu meo ſemper: (1) quoniam a dextris eſt mihi, ne commovear. (2)

Benedirlo altresì per averci fatto conoſcere la fermezza inſuperabile, con la quale Gesù Criſto noſtro Capo ha prevenuto tutto ciò, che dovea avvenire alla ſua ſanta umanità:

9. Ob hanc autem cauſam lætatum eſt, ſeque oblectavit cor meum, meaque lingua exultavit in laudibus; & ipſa præterea corporis mei caro in ſepulchro

9. Propter hoc lætatum eſt cor meum, & exſultabit lingua mea; inſuper, & caro mea requieſcet

L'allegrezza, con la quale egli ha ſofferto la morte: i cantici di lode ſu la ſicurezza, che eſſo gli aveva dato di trarre il ſuo cor-

(1) Actor. II. 25.

(2) Pſalm. XXII. 24. CIX. 5.

chro habtabit, & quiescet cum spe resurgendi tertia die.

10. Nempe quia tu, Domine, animam meam non longo tempore derelinques in inferis sinus Abrahæ: nec permittes, ut ego sanctus ille tuus Filius experimento sentiam putrefactionem in sepulto corpore meo.

li non si può mettersi al coperto, se non con rendere a lui la gloria, col ricorrere con prestezza alla penitenza, svelando i peccati più occulti.

9. Qui Dominus præter tonantes ignes ardentium fulminum, facit etiam cum voluerit, ut aquarum diluvium terram inundet & inhabitet: qui & toti Mundo præsidebit, omnibus dominans & omnia regens in æternum.

9. Dominus diluvium inhabitare facit: & sedebit Dominus Rex in æternum.

Spargendo lagrime in abbondanza, ed umiliandosi incessantemente alla sua presenza.

10. Dominus fortitudinem dabit populo suo timiditate depulsâ: Dominus populo suo benefaciet, tribuendo ei pacem & tranquillitatem.

10. Dominus virtutem populo suo dabit: Dominus benedicet populo suo in pace.

Abbracciate senza indugio questi mezzi, come i soli valevoli a trarre le benedizioni di Dio, e riconciliarci con lui.

PSAL-

PSALMUS XXIX.

IL bisogno continuo, che abbiamo di Dio sì per non commettere il male; sì per fare il bene; sì per perseverarvi. Egli non ci getta nella tristezza se non per ricolmarci di gioja.

Non credersi giammai in sicurezza per qualunque progresso, che si sia fatto nella virtù.

Psalmus Cantici, in dedicatione domus, David.

Psalmus decantandus instrumento musico inchoante, & cantu vocis subsequente, pro dedicatione domus, inspiratus Davidi.

Excelsum te esse prædicabo, Domine, quod me in tuam tutelam exceperis & a morte salvaveris : & quod inimicos meos non lætificaveris de me & super interitu meo.

Exaltabo te, Domine, quoniam suscepisti me: nec delectasti inimicos meos super me.

Rendere grazie a Dio di averci sostenuto nelle nostre cadute, che sono sempre un soggetto di gioja per i nemici della nostra perfezione.

2. Domine Deus meus, ego jamjam moriturus flebilem clamorem ad te dedi; & tu me sanasti.

2. *Domine Deus meus, clamavi ad te: & sanasti me.*

Riconoscere, ch' egli solo ci guarisce da tante infermità, alle quali siamo soggetti,

3. Eduxisti animam meam de præsentissimo mortis & inferni periculo : meque vivificasti ac salvasti, ne de eorum numero essem, qui

3. *Domine, eduxisti ab inferno animam meam: (1) salvasti me a descendentibus in la-*

Ch'egli solo ci preserva da gravi peccati.

Da-

(1) Psalm. LXXXV. 11.

qui in inferni foveam descendunt.

lacum.

4. Proinde vos a Domino ad sanctimoniam electi, in ejus honorem psalmos cantate: sanctamque suam nostri memoriam, ac recordationem profitemini, & celebrate, quâ nostri non obliviscitur in malis nostris.

4. *Psallite Domino sancti ejus: & confitemini memoriæ sanctitatis ejus.*

Dare gloria alla santità di Dio, ed ammirate con qual bontà egli si ricorda di noi nel tempo istesso, che ci scordiamo di lui.

5. Nam punitio quidem & castigatio ad momentum est, ob justam suam voluntatem exigendæ a nobis pœnæ propter culpam: sed & postea vita nobis datur, & salus ob gratuitam voluntatem & repropitiationem suam.

5. *Quoniam ira in indignatione ejus: & vita in voluntate ejus.*

Riconoscete, che in quanto a lui, ei non vuol altro, che farci del bene; e che il male, che ci fa, viene da noi.

6. Quare & si ad vesperam cum aliquo commoratum fuerit accidens aliquod triste ac flebile: illico tamen postero mane res ei læta succedet.

6. *Ad vesperum demorabitur fletus:* (1) *& ad matutinum lætitia.* (2)

Che l'allegrezza del mattino, vale a dire dell' innocenza, viene da lui, e che le lagrime della sera, cioè a dire della penitenza, derivano dal peccato.

7. Cæterum cum ego in prosperitate mea, ac bonorum animi corporisque affluentia

7. *Ego autem dixi in abundantia mea:* Non move.

Notare quì il contento di un'anima, che gusta la calma a fine di de-

(1. 2.) Isai. XXXI. 20. LIV. 7. 8. II. Corint. IV. 17.

tia essem, dixi vanissime: *in hoc meo bono statu stabiliter permanebo, & numquam dimovebor; nec ab eo decidam in sempiternum.*

vebor in æternum. (1)

desiderarla.

8. At tu, Domine, ex bona voluntate tua illi meo statui decoro, & prospero contuleras fortitudinem: non id ego meis viribus effeceram & firmaveram.

8. *Domine, in voluntate tua: præstitisti decori meo virtutem.*

Persuadersi, ch' ella viene da Dio, e non da noi medesimi.

9. Unde castigaturus tu stultitiam illius dicti mei, vertisti faciem benignam tuam a me, meque deseruisti ope tua: & statim ego male habui, totusque fui perturbatus.

9. *Avertisti faciem tuam a me: & factus sum conturbatus.* (2)

E che se egli si discosta per un momento da noi, noi cadiamo nella turbazione.

10. Tunc malo ipse meo edoctus dicere cœpi: *Ad te, Domine, flebilem dabo clamorem, & ad Deum meum deprecationes fundam, ita dicendo.*

10. *Ad te, Domine, clamabo: & ad Deum meum deprecabor.*

Prevenire per mezzo di un umile diffidenza di noi l'allontanamento di Dio, ed avvicinarlo a noi colla forza de' nostri clamori, e de' nostri desiderj.

11. *Quænam utilitas erit in vita mea, quæ sanguine retinetur in corpore? quid proderit*

11. Quæ utilitas in sanguine meo: dum descendo in

11. Riconoscete la necessità del suo ajuto per escire dalla nostra mi-

(1) Job. xxix. 18. (2) Psalm. ciii. 29.

rit vixisse, dum nunc præmatura morte descensurus sum in putridum sepulchrum, ut ibi putrescam?

in corruptionem?

miseria.

12. Numquid pulvis corrupti cadaveris tibi profitebitur cantabitque laudes? aut numquid idem pulvis annunciabit & prædicabit intra sepulchrum te Deum verum, ac veracem in promissis?

12. Numquid confitebitur tibi pulvis: (1) aut annunciabit veritatem tuam?

E rappresentargli con confidenza, che vi è più di gloria a lui a cavarcene, che a permettere, che vi restiamo.

13. Ejusmodi preces meas tunc Dominus audivit & acceptavit, & misertus est mei: fuitque idem Dominus mihi auxiliator, statu incolumi restituto.

13. Audivit Dominus, & misertus est mei: Dominus factus est meus adjutor.

Ricordarsi, che Iddio si compiace talvolta di lasciarci gemere per farci maggiormente esperimentare i suoi favori, e la sua protezione.

14. Tunc sane, Domine, meum planctum mihi vertisti in gaudium, ut gauderem post planctum: meumque cilicium, quo me more pœnitentium indueram, disrupisti, meque accinxisti, ac perfudisti lætitia.

14. Convertisti planctum meum in gaudium mihi: (2) conscidisti saccum meum, & circumdedisti me lætitia.

Pensare anche allora a meritare colla nostra sommissione, ch'egli muti la nostra tristezza in gioja.

15. Ut te mea hæc gloriatio læta cantare posset, atque laudare, ac

15. Ut cantet tibi gloria mea, & non com-

Ma in quella gioja, la quale non sarà più mesco-

(1) Psalm. vi. 6.

(2) Isai. lxi. 2. 3.

ac numquam tacere, & non ego amplius pungerer cruciatûs aculeo. Jure igitur meritoque, Domine Deus meus, debitas tibi fatebor laudes in sempiternum.

compungar: Domine Deus meus, in æternum confitebor tibi.

scolata di dolori, ma sarà sempre accompagnata da' cantici di lodi, e di ringraziamenti.

PSALMUS XXX.

Condotta del peccatore nella sua conversione. Sperare in Dio, abbandonarsi a lui. Soggettarsi a' suoi voleri. Rappresentargli le proprie miserie, e le difficoltà di escire dal peccato. Dimandargli istantemente il suo ajuto. Animare se stesso ad ottenerlo. Eccitarsi all'amore, ed alla riconoscenza. Prepararsi alle prove.

Persuadersi dell'ardore, col quale Iddio desidera la conversione del peccatore, a fine di non diffidare del di lui ajuto.

In finem, Psalmus David pro extasi.

In perpetuum decantandus Psalmus, Davidi inspiratus in excessu mentis ejus, ob summum pavorem ingruentium malorum.

PROPHETA. Quoniam in te, Domine, speravi, ne, quæso, remaneam pudore suffusus in æternum, quasi hac spe in te mea frustratus: per tuam justitiam ab in-

In te, Domine, speravi, (1) non confundar in æternum: in justitia tua libera me.

2. In-

Fondare la nostra speranza in Dio medesimo, e la nostra giustizia sulla sua grazia.

Ab-

(1) Psalm. xxx. 1.

injustis persecutoribus meis libera me, & eripe me.

2. Inclina autem tuam ad me te implorantem: & propera me oppressum eximere in libertatem.

2. Inclina ad me aurem tuam: accelera, ut eruas me.

Abbassarsi profondamente avanti a lui, perchè ei si abbassi per ascoltarci, esaudirci, e liberarci.

3. Esto tu mihi Deus protector fortissimus: & esto mihi ceu domus munita perfugii, quo perfugiam, ut me salves.

3. Esto mihi in Deum protectorem, & in domum refugii, ut salvum me facias.

Non aspettar nulla da noi stessi, ma aspettar tutto dalla sua misericordia, e dalla sua protezione.

4. Quoniam autem tu vere es is, qui mihi das fortitudinem, & ad quem ego refugio a persecutoribus meis: idcirco etiam vel ob nomen tuum quia misericors nominaris, tamquam dux viæ duces me, ne a recto itinere aberrem; meque viaticâ alimonia enutries ne lassus deficiam in via.

4. Quoniam fortitudo mea & refugium meum es tu: & propter nomen tuum deduces me, & enutries me. (1)

Riguardarlo come la forza, che ci sostiene, come un padre, che provvede tutti i nostri bisogni,

5. Tu me extrahes ab hac tendicula, quam ut me per insidias caperent, occulte tetendere inimici mei: quia tu

5. Educes me de laqueo hoc, quem absconderunt mihi: quoniam tu

E come una guida fedele, la quale ci fa schivare tutte le insidie, che i nemici della no-

(1) Psalm. v. 9. xxii. 3.

tu es fortissimus ille protector meus.

tu es protector meus.

nostra salute ci tendono senza stancarsi.

6. Manibus omnipotentiæ ac dispensationis tuæ, Domine, commendo, & custodiendum do spiritum meum: tu namque sæpius me penè captivum de inimicorum manibus redemisti, Domine Deus vere, & in promissis verax.

6. *In manus tuas, Domine, commendo spiritum meum:* (1) *redemisti me, Domine, Deus veritatis.*

Abbandonarsi a Dio e in vita, e in morte, per tutti questi motivi, con una perfetta confidenza.

7. Quemadmodum contra semper odio habuisti custodientes ea, quæ vana sunt, vanissime & nullo fructu.

7. *Odisti observantes vanitates, supervacue.* (2)

Odiare, e detestare come cattivi mezzi tutti quelli, che si prendono indipendentemente da Dio.

8. Quantum ad me, non in re vana, sed in Domino confisus sum: quare & nunc quoque exultabo, & lætabor in misericordia erga me tua.

8. *Ego autem in Domino speravi: exultabo, & lætabor in misericordia tua.*

Appigliarsi al partito di abbandonarsi a lui: fare sua gioja tutto ciò, che gli piacerà disporre di noi.

9. Nam sæpissimè alias placidis oculis vidisti humiliationem afflictionemque meam; & animam meam salvasti de tribulationibus, & angustiis, quibus coarctabatur.

9. *Quoniam respexisti humilitatem meam, salvasti de necessitatibus animam meam.*

Persuadersi, che la nostra sommissione gli sarà gratissima: ch'egli ci darà abbondantemente tutto ciò che sarà necessario.

10. Et 10. *Nec* I Che

(1) Luc. XXIII. 46. (2) Jonæ II. 9.

10. Et non me conclusisti in manibus inimici, unde non possem effugere: quinimmo stare fecisti pedes meos in loco bene amplo & lato, ubi libere incederent atque secure.

10. *Nec conclusisti me in manibus inimici: statuisti in loco spatioso pedes meos.* (1)

Che ci toglierà dalle mani de' nostri nemici, e ci farà godere di una libertà egualmente sante, che felice.

11. Ergo ad præsens etiam miserere mei, Domine, quia tribulor; & quia præ furore inimicorum meorum jam perturbatus est & caligavit oculus meus, & anima ipsa mea ac viscera mea tota sunt conturbata.

11. *Miserere mei, Domine, quoniam tribulor: conturbatus est in ira oculus meus, (2) anima mea, & venter meus.*

Pieno di questi sentimenti, ed in tali disposizioni esporre a Dio le proprie pene, ed inquietudini,

12. Et quia præ dolore, ac mœrore pene consumpta est, atque defecit vita mea; & præ continuis gemitibus atque suspiriis jam defecerunt, & pene finiti sunt anni vitæ meæ.

12. *Quoniam defecit in dolore vita mea: & anni mei in gemitibus.*

Le miserie estreme, nelle quali passa la vita, chi vive nel peccato,

13. Et præ inopia atque miseria debilitata est fortitudo mea; meaque ossa ac robora horrende turbata sunt & contabuerunt.

13. *Infirmata est in paupertate virtus mea: & ossa mea conturbata sunt.*

Lo stato funesto, nel quale si vede ridotto,

14. Factus sum præterea opprobrium grande,

14. *Super omnes inimicos*

Ciò, che ha da soffrire da' propij

(1) Psalm. IV. 2. XVII. 20. (2) Psalm. VI. 8.

ſte, pluſquam unquam probroſi fuerint omnes inimici mei, quin & ipſis vicinis ac propinquis meis opprobrium factus ſum valde, & factus ſum notis meis cauſa timendi ſibi, ne mei cauſa periclitarentur.

cos meos factus ſum opprobrium: & vicinis meis valde, & timor notis meis (1).

prj nemici, e dalli ſteſſi amici, perche vuole mutar vita.

15. Unde qui me prius amice viſebant, mecumque familiariter verſabantur, poſtea ſicubi eſſem, foras fugerunt longe a me: ab eorumdem amicorum corde atque memoria traditus ſum oblivioni, ac ſi eſſem unus ex mortuis.

15. *Qui videbant me, foras fugerunt a me: oblivioni datus ſum tamquam mortuus a corde.*

Il loro allontanamento da noi del tutto ſimile a quello, che ſi ha per un morto.

16. Eiſque amicis meis factus ſum ac ſi eſſem viliſſimum vas perditum, quod non amplius requiritur; & quia jam a multis circum me commorantibus audivi vituperium in me atque opprobrium.

16. *Factus ſum tamquam vas perditum: quoniam audivi vituperationem multorum commorantium in circuitu.* (2)

Il diſprezzo, che ſi ha per noi, e che ci ſopraviene da tutte le parti.

17. Et cum ſimul ipſi congregarentur, inirentque conſilium adverſum me, cogitarunt & con-

17. *In eo dum convenirent ſimul adverſum me: ac-*

Finalmente l'accordo de' noſtri nemici inviſibili, infuriati per la noſtra

I 2

(1) Job xix. 13. Pſalm. xxxvii. 12. lxxxvii. 9. 19.
(2) Thren. ii. 22.

& conſultarunt auferre mihi vitam, meque perdere.

accipere animam meam conſiliati ſunt.

ſtra perdita.

18. Ego autem inter tot tantaque mala, in te, Domine, ſperavi, tibique dixi: *Tu es, Deus meus: in manibus voluntatis ac diſpenſationis tuæ ſunt ſive proſperæ, ſive adverſæ ſortes, & eventus ac tempora omnia vitæ meæ.*

18. *Ego autem in te ſperavi, Domine: Dixi:* Deus meus es tu: in manibus tuis ſortes meæ.

Non ſgomentarſi in uno ſtato sì lugubre, ma ſollevarſi con una ferma ſperanza in Dio.

19. *Libera me de manu ac poteſtate inimicorum meorum, & ab iis qui me perſequuntur injuſte.*

19. Eripe me de manu inimicorum meorum, & a perſequentibus me.

Scongiurarlo per la ſua infinita bontà, di non abbandonarci alla rabbia de' nemici della noſtra ſalute.

20. *Lucere fac faciem tuam & benevolentiam erga me ſervum tuum, meque ſalva pro miſericordia tua: Domine, ne, quæſo, remaneam rubore ſuffuſus, quod in auxilium meum te vocaverim, ſed ſperatam opem non obtinuerim.*

20. Illuſtra faciem tuam ſuper ſervum tuum, ſalvum me fac in miſericordia tua: Domine, non confundar quoniam invocavi te. (1)

Di gettare ſopra di noi uno ſguardo favorevole, che li metta in fuga.

21. *Quin impii potius in rebus inanibus ſperantes, pudore perfun-*

21. Erubeſcant impii & deducantur in in-

Che ci tragga dal peccato, e dalla confuſione.

Che

(1) Pſalm. xxiv. 3.

fundantur, ac in infernum detrudantur ad gloriam justitiæ tuæ: & obmutescant labia illa mendacia, ac fraudolenta:

infernum: muta fiant labia dolosa. (1)

22. *Quæ contra hominem justum & innocentem loquuntur id quod est iniquum; idque loquuntur cum superbia atque contemptu, quo justis abutuntur & insultant.*

22. Qui loquuntur adversus justum iniquitatem: in superbia & in abusione. (2)

Che di questa ricopra i medesimi, e li precipiti nell'inferno, affinchè non seducano più gli uomini col loro linguaggio ingannevole.

23. O quam magna & multa est, Domine, bonitatis tuæ dulcedo illa, quam reconditam conservas, suo tempore dandam timentibus te!

23. *Quam magna multitudo dulcedinis tuæ, Domine: (3) quam abscondisti timentibus te.*

Animarsi a lasciare il peccato, e vivere nell' innocenza alla vista della pace interiore, di cui godono i giusti in mezzo alle contradizioni:

24. Et quam operatus es, & exhibuisti sperantibus in te, palam coram hominibus videntibus simul & admirantibus tuam in illos dulcissimam largitatem!

24. *Perfecisti eis, qui sperant in te: in conspectu filiorum hominum.*

Alla vista della cura particolare, che Iddio prende di coloro, che sperano in lui:

25. Tu ejusmodi timentes & sperantes in te in abdito & tuto loco

25. *Abscondes eos in abscondito faciei tuæ:*

Alla vista della protezione, ch' egli concede loro con-

(1) 1. Reg. 11. 9. Psalm. xi. 4. (2) 1. Reg. 11. 3.
(3) Isai. LXV. 4. 1. Corinth. 11. 9.

co sub benignum aspectum tuum occultabis, subtractos a tumultuatione & conturbatione hominum.

tuæ: (1) *a conturbatione hominum*.

contro tutti quelli, che vogliono opprimerli:

26. Eosque conteges in habitaculo tuo: atque defendes a jurgiis, & detractionibus linguarum contra illos loquentium.

26. *Proteges eos in tabernaculo tuo: a contradictione linguarum*. (2)

Alla vistà finalmente della sua applicazione in difendere il loro onore, contro le calunnie più destramente ordite.

27. Benedictione ac laude dignus est Dominus: quia mirabilem fecit mihi misericordiam suam in civitate murorum ambitu communita.

27. *Benedictus Dominus: quoniam mirificavit misericordiam suam mibi in civitate munita*. (3)

Benedire Iddio, ed umilissimamente ringraziarlo di effetti sì grandi della sua bontà, e misericordia.

28. Cæterum cum olim ego maximis malis perculsus, in pavore ac stupore magno essem, & pene jam excessissem ex mente, dixi ita: *Plane de favente oculorum tuorum conspectu projectus sum, o Domine*.

28. *Ego autem dixi in excessu mentis meæ*: (4) Projectus sum a facie oculorum tuorum. (5)

Rammentarsi con piacere di tutte le pene, che si sono provate, allora quando ci reputavamo dimenticati da Dio in mezzo a tanti disastri.

29. Sed propterea missertus tu pavoris mei, vocem exaudisti deprecationis meæ, cum tunc flebilem vocem da-

29. *Ideo exaudisti vocem orationis meæ: dum clamarem ad te*.

30. *Di-*

Rammentarsene, dico, con piacere, vedendo finalmente i nostri preghi, e clamori

(1) Psalm. xxvi. 5. (2) Job v. 21. (3) Psalm. xvi. 7.
(4) Psal. cvi. 11. (5) Isai. xxxviii. 11.

darem ad te.

30. Itaque Dominum diligite, & amate vos omnes sancti cultores ejus, quia Dominus veritatem & fidelitatem sermonum suorum requiret ad remunerandum; & vicissim condigna supplicia tribuet iis, qui satis multa faciunt opera superbiæ.

30. Diligite Dominum omnes sancti ejus: quoniam veritatem requiret Dominus, & retribuet abundanter facientibus superbiam.

ri esauditi.

Eccitare se stessi all'amore, ed alla riconoscenza, che si deve a Dio per la protezione, ch' esso ha degli umili contro i superbi.

31. Igitur facite viriliter, animusque vester roboretur in rebus adversis, o vos omnes, qui in Domino speratis, eumque vobis exspectatis adjutorem.

31. Viriliter agite, & confortetur cor vestrum, omnes qui speratis in Domino.

Fortificare la propria speranza, e il proprio coraggio, per sostenere costantemente le nuove prove, nelle quali a lui piacerà di metterci.

PSALMUS XXXI.

Amare la penitenza: accusare umilmente i suoi difetti. Pregare con fervore, per ottenerne il perdono. Dar gloria a Iddio del progresso nella virtù; confessare, che questo si deve alla sua grazia. Riporre la propria felicità in ottenere il perdono de' suoi peccati. Fare tutto per un sì gran bene.

Ipsi David intellectus.

Psalmus Davidi inspiratus, intelligentiæ & eruditionis plenus.

PROPHETA. Fœlices ii,

Beati quorum

Amare la peni- ten-

ii, quorum iniquitates sunt a Deo gratis remissæ sine præcedentibus operibus & meritis: & fœlices ii, quorum peccata obtecta sunt conspectui Dei, ut eorum non recordetur amplius.

rum remissæ sunt iniquitates: & quorum tecta sunt peccata. (1)

tenza, che guarisce tutti i nostri mali.

2. Fœlix vir, cui Dominus non amplius imputaverit peccatum neque ad culpam neque ad pœnam, sed condonaverit plene: & fœlix ille in cujus animo & ore nulla est fallacia, sed vera resipiscentia, & sui reatus confessio.

2. *Beatus vir, cui non imputavit Dominus peccatum: nec est in spiritu ejus dolus.* (2)

Rendersi degni di una felicità sì grande, facendolo per piacere a Dio, e senza alcun fine umano.

3. Quoniam autem diu peccata mea tacui, & non sum ea confessus; idcirco omnia ossa ac robora mea, quasi præ vetustate attrita sunt atque consumpta, propter continuum clamorem meum atque rugitum per totam diem, ob gravissimas pœnas mihi divinitus inflictas.

3. *Quoniam tacui: inveteraverunt ossa mea, dum clamarem tota die.*

Tacere, e gridare non già colle labbra, ma bensì dal fondo del cuore.

4. Nam die ac nocte ingravata est in me, & graviter me pressit punitio

4. *Quoniam die ac nocte gravata est super*

Tacere mediante l'umile accettazione delle pene,

(1) Rom. IV. 7. (2) Joh. I. 47.

nitio ultricis manus tuæ, Domine: & aſſidue devolutus & verſatus ſum in miſeria mea, cum ejuſmodi cruciatuum ſpina mihi infixa perſiſteret.

per me manus tua: converſus ſum in ærumna mea, dum configitur ſpina.

ne, colle quali Dio puniſce i noſtri peccati, e mediante il violento dolore di eſſerne colpevoli.

5. Tandem vel ſero agnovi, tibique confeſſus ſum delictum meum: meumque peccatum non amplius occultavi, nec reticui.

5. *Delictum meum cognitum tibi feci:* (1) *& injuſtitiam meam non abſcondi.*

Gridare accuſandoſene di tutti.

6. Tunc pœnitens dixi: *Ipſe egomet confitebor Domino contra me meam iniquitatem ac ſcelera mea*: & ſtatim tu ineffabili pietate remiſiſti impietatem, & culpam cordis & peccati mei.

6. *Dixi:* Confitebor adverſum me injuſtitiam meam Domino: (2) *& tu remiſiſti impietatem peccati mei.*

Gridare deteſtandoli tutti, ed eſclamare sì altamente, che le noſtre grida ce ne ottengano il perdono.

7. Ob hanc rem quod ſis facilis ad ignoſcendum, ad te pro remiſſione peccatorum quilibet de populo tuo ſancto orabit hoc tempore opportuno ad inveniendam veniam, dum ſpatium ſupereſt pœnitentiæ.

7. *Pro hac orabit ad te omnis ſanctus: in tempore opportuno.* (3)

Pregare coi Santi, e pregare in tutto il tempo della noſtra vita per ottenerlo.

8. Verum etiam cum æternum duraturæ calamitates diluviaverint tam-

8. *Verumtamen in diluvio aquarum mul-*

Pregare con eſſi per non eſſere abiſſati nel diluvio

(1) Prover. xxviii. 13. (2) Iſai. lxv. 24. 1 Joh. 1. 9.
(3) Iſai. lv. 6.

tamquam in multarum aquarum diluvio ; ad illum ad te conversum eæ calamitates non pertingent.

multarum: ad eum non approximabunt.

vio della propria corruzione, e trasportati dal torrente della concupiscenza.

9. Tu, Domine, es mihi is, ad quem ego refugio a tribulatione, quæ me circumcludit & obsidet : tu qui es causa exultationis meæ a circumdantibus me malis redime & salva me.

9. Tu es refugium meum a tribulatione, quæ circumdedit me : (1) *exultatio mea erue me a circumdantibus me.*

Pregare con fiducia, e con umile riconoscenza.

10. Deus. Ego Deus eruditum & intelligentem te faciam, teque illuminando instruam in ista nova pœnitentiæ via post lapsum, per quam iturus es novo modo vivendi : & super te obfirmabo, & figam oculos providentiæ & curæ meæ, ne iterum cadas.

10. Intellectum tibi dabo, & instruam te in via hac quá gradieris: firmabo super te oculos meos.

Confessare, che proviene dalla grazia di Dio l'essere entrati nella sua via, e che senza di quella non si può camminare.

11. Sed & vos homines cuncti, ne efficiamini velut equus, & mulus, quibus abest ratio & intelligentia.

11. Nolite fieri sicut equus & mulus; quibus non est intellectus.

Non insuperbirsi de' progressi, che si fanno nella pietà, ed avanzarvisi umilmente.

12. Propheta. Merito, Domine, afflictione atque pressura, ceu ca-

12. In chamo & fræno maxillas eorum

Chiuder la bocca con gran cura contro tutte le pa-

(1) Psalm. ix. 1.

capistro & fræno constringe maxillas eorum, qui brute viventes, tamquam equus & mulus, ad te non appropinquant amore, tuæque voluntati non obsequuntur nisi timore pœnæ vel dolore.

rum constringe: (1) qui non approximant ad te.

parole di vanità sulla nostra mutazione.

13. Bene multa crunt peccatoris flagella atque dolores: e contrario autem misericordia Domini circumdabit confidentem in eo.

13. *Multa flagella peccatoris: sperantem autem in Domino misericordia circumdabit.*

Amare le piaghe, colle quali Iddio ci gastiga, poichè esse fondano la nostra speranza, e ci assicurano della sua misericordia.

14. Igitur, o justi, lætamini, & gaudio exultate, quod talem Dominum habeatis; vosque omnes, qui animum directum ad Deum habetis, de eo gloriamini, eumque laudate jubilantes in canticis.

14. *Lætamini in Domino & exultate justi: & gloriamini, omnes recti corde.*

Rallegrarsi della condotta, che Iddio tiene con noi; approvarla, e collocare tutta la propria gloria in eseguire la sua santa volontà.

PSALMUS XXXII.

Gioje da istimarsi, e da disprezzarsi. Varj soggetti di dare lodi a Dio. Avere per lui un profondo rispetto: vivere in una perfetta dipendenza: preferirlo a tutte le cose, e nulla aspettare da se medesimi.

Oc-

(1) Prover. xxvi. 3.

Occuparsi nelle ragioni di lodare Iddio, di onorarlo, di obbedirlo, e di non sperare se non in lui.

Psalmus David.

Psalmus Davidi inspiratus.

PROPHETA. Vos justi, exultate in laude Domini: quia homines justos & rectos decet laudatio Dei; quæ non est speciosa in ore peccatoris.	*Exultate justi in Domino: rectos decet collaudatio.*	Non istimare se non le allegrezze sante, e disprezzare tutte quelle del Mondo.
2. Profitemini Domino debitas laudes cum citharæ sono: & cum instrumento musico decem chordis tenso psalmos canite ei.	*2. Confitemini Domino in cithara: in psalterio decem chordarum psallite illi.*	Lodare Iddio con un amore sincero, e con una esatta obbedienza.
3. Nova semper cantica in illius honorem cantate: & bene decenterque in ejus laudem canite cum jubilo & clangore.	*3. Cantate ei canticum novum: bene psallite ei in vociferatione.*	Cantare in suo onore nuovi cantici per mezzo di nuovi affetti, di nuove ammirazioni, e di nuovi applausi,
4. Quia verbum Domini sive in præcipiendo sive in promittendo, rectum est & æquum: & cuncta opera, quæ ipse facit, fideliter fiunt correspondentia dictis ejus atque promissis.	*4. Quia rectum est verbum Domini: & omnia opera ejus in fide.*	Sulla verità delle sue parole, e sulla fedeltà delle sue promesse;
5. Ipse namque misericordiam & id quod ju-	*5. Diligit misericordiam &*	Sull' ampiezza della sua misericor-

justum est, amat: & effectibus misericordiæ Domini plena est terra.

6. Verbo & jussu Domini cœli firmiter stabiliterque conditi sunt: & solo flatu & imperio oris ejus factus est totus ille astrorum exercitus & ornatus in iisdem cœlis.

7. Ipse est qui congregavit in locum unum, & congregatas simul retinet aquas maris tamquam in quodam utre conclusas, ut appareat arida: & qui immensas aquarum profunditates repositas tenet in occultis receptaculis terræ, tamquam in occultis thesauris.

8. Timeant Dominum omnes terrigenæ; & præ ejus formidine concutiantur, & tremant universi habitatores orbis.

9. Nam ipse Deus jussit, & solo suo jussu facta sunt omnia in cœ-

& judicium: misericordia Domini plena est terra. (1)

6. *Verbo Domini Cœli firmati sunt:* (2) *& spiritu oris ejus omnis virtus eorum.* (3)

7. *Congregans sicut in utre aquas maris:* (4) *ponens in thesauris abissos.*

8. *Timeat Dominum omnis terra: ab eo autem commoveantur omnes inhabitantes orbem.*

9. *Quoniam ipse dixit, & facta sunt: ip-*

cordia durante questa vita, sulla severità della sua giustizia;

Sulla instabilità degli uomini deboli nella virtù, sulla dipendenza, nella quale essi vivono; dalla condotta dello Spirito Santo;

E sulla potenza sovrana, colla quale egli dispone della cattiva volontà de' malvagi contro le persone dabbene.

Entrare in una santa commozione, ed in un santo rispetto per Dio.

Rendergli un obbedienza tanto perfetta, quanto ne

(1) Psalm. cxviii. 64. (2) Gen. ii. 6. Hæbr. xi. 3. ii. Petri iii 5. (3) Gen. ii. 1. Job xxvi. 13. (4) Gen. i. 9. Iob xxvi 10. xxxviii. 8.

cœlo & in terra: ipse præcepit tantum, & universa creata sunt & exstiterunt.

(1) ipse mandavit, & creata sunt.

ne dobbiamo alla sua sovrana autorità.

10. Dominus cum vult dissolvit, & a suo effectu impedit consilia quarumcumque nationum; & irrita facit, cum vult, excogitata quorumvis populorum, & irrita facit, cum vult, consilia principum, quantumvis potentissimorum.

10. *Dominus dissipat consilia gentium: reprobat autem cogitationes populorum, & reprobat consilia principum.*

Non formare alcun disegno per potente, che uno sia nel Mondo, se non dipendentemente da lui.

11. Contra vero consilium & voluntas Domini in æternum stabiliter permanet; & quæcumque voluntas ejus disposuerit facere vel permittere, infallibilia permanent in omnia futura tempora.

11. *Consilium autem Domini in æternum manet: (2) cogitationes cordis ejus in generatione & generationem.*

Sottomettersi umilmente a tutti quei, ch'egli avrà posto sopra di noi.

12. Proinde fœlix est gens illa, quæ ut Deum suum agnoscit & colit Dominum ipsum cœli & terræ: & fœlix est populus, quem ex omnibus gentibus sibi Dominus peculiariter elegit, veluti in possessionem suam hæreditariam.

12. *Beata gens, cujus est Dominus Deus ejus: (3) populus quem elegit in hæreditatem sibi.*

Riporre la propria felicità nel vivere a suo riguardo in una perfetta soggezione; e corrispondere alla scelta, ch' egli ha fatto di noi, col preferirlo a tutte le creature.

13. Do-

13. *De*

Non

(1) Psalm. CXLVIII. 5.

(2) Job XXIII. 13. XIX. 21. Isai. XLIV. 10.

(3) Psalm. LXIV. 5. CXLIII. 15.

13. Dominus de cœlo prospexit semper in terram: viditque semper omnes filios Adam, & quid cogitent, velint, faciantque.

13. De cœlo respexit Dominus: vidit omnes filios hominum.

Non pensare, che a rendersi degno delli sguardi di Dio.

14. De habitaculo suo cœlesti firmissime præparato, prospexit ad universos habitatores terræ.

14. De præparato habitaculo suo: respexit super omnes qui habitant terram.

E protestargli la propria riconoscenza per la cura, ch'ei si prende di noi.

15. Prospexit, inquam, ille, qui eorum singillatim omnia pariter corda animasque formavit; quique intelligit, & perspicit omnia opera eorum abdita licet & occulta.

15. Qui finxit singillatim corda eorum, qui intelligit omnia opera eorum.

Consagrargli i nostri cuori, poichè questi sono opera di lui.

16. Nisi Deus salvet, quivis rex non evadet salvus a morte per solam multitudinem & fortitudinem exercitus sui: nec fortis gigas salvus & incolumis erit in sola multitudine, & multiplicatione fortitudinis suæ.

16. Non salvatur rex per multam virtutem: & gigas non salvabitur in multitudine virtutis suæ.

Non far alcun conto delle nostre proprie forze.

17. Equus licet sit bellator, res est fallax ad præstandam equiti sa-

17. Fallax equus ad salutem: (1) in abun-

Nè sull' ajuto delle creature:

Ma

(1) Psalm. CXLVI. 10. Proverb. XXXI. 21.

salutem in prælio: immo nec sese equus a morte servabit per totam multitudinem roboris sui.

abundantia autem virtutis suæ non salvabitur.

18. Sed ecce oculi Domini benigne prospiciunt ad timentes offendere eum; & ad eos, qui spem suam collocant non in viribus propriis, sed in misericordia ejus.

18. *Ecce oculi Domini super metuentes eum:* (1) *& in eis, qui sperant super misericordia ejus.*

Ma sul rispetto, che noi abbiamo per Dio, e sulla nostra speranza nella sua bontà.

19. Ut scilicet liberet a morte animas eorum, eosque nutriat tempore famis.

19. *Ut eruat a morte animas eorum: & alat eos in fame.* (2)

Tirare sopra di noi i suoi sguardi, e tutti gli ajuti, de' quali abbiamo bisogno, per ottenere tali disposizioni.

20. Bene igitur anima nostra auxilium Domini patienter exspectat: quia ipse auxiliator noster est, & instar clypei protector:

20. *Anima nostra sustinet Dominum: quoniam adjutor & protector noster est.*

Sostenere costantemente, e con ferma fiducia le prove, alle quali a Iddio piacerà di esporci.

21. In ipso enim lætabitur cor nostrum; quia & nos in majestate sua sancta speravimus.

21. *Quia in eo lætabitur cor nostrum: & in nomine sancto ejus speravimus.*

Rallegrarsi in lui nel mezzo alle afflizioni per la fermezza della nostra confidenza.

22. Itaque, Domine, fiat super nos miseri-cor-

22. *Fiat misericordia tua, Do-*

Far conto dell' ampiezza della sua

(1) Job XXXVII.7. Psalm. XXXIII. 17. 1. Petr. III. 12

(2) Psalm. XXXVI. 20.

cordiæ tuæ jugis effusio; quemadmodum in te nos ſperavimus, non in nobis.

Domine ſuper nos, quemadmodum ſperavimus in te.

ſua miſericordia a proporzione di quella della noſtra ſperanza.

PSALMUS XXXIII.

RIcevere da Dio il bene ed il male con una perfetta ſommiſſione. Rendergli egualmente la gloria e il culto, che ſono a lui dovuti. Come ci dobbiamo portare con gli afflitti. Ragioni di preferire la vita eterna alla vita temporalmente felice. I mezzi per giugnervi, ed i ſoccorſi, che ſi ricevono da Dio nel preferirla.

Non far conto veruno de' mali della vita preſente per la brama dell'eterna.

Davidi, cum immutavit vultum ſuum coram Achimelech, & dimiſit eum, & abiit.

Pſalmus Davidi inſpiratus, quando is cum fugiſſet Saulem, & divertiſſet ad Achimelech, ideſt, Achis regem Geth Philiſthinorum, agnitus ab eo rege, valde timuit: & mutavit faciem ſuam & finxit ſe arreptitium, & inſanum, & rex ille dimiſit eum a ſe, & abiit inde David & ſalvatus eſt.

PROPHETA. Toto vitæ meæ tempore benedicam, & gratias agam Domino, quod me liberaverit a rege Philiſthinorum, ejuſdemque laus in corde & ore meo jugiter erit.

Benedicam Dominum in omni tempore: ſemper laus ejus in ore meo.

Conſervàre una ſanta eguaglianza tanto nelle avverſità, quanto nelle proſperità, e ricevere da Dio l'una, e l'altra con ſommiſſione, e ringraziamento.

2. Et de Domini erga

2. *In Domino*

Conſervare l'

K umil-

ga me bonitate sese laudabit, & gloriabitur semper anima mea. Audiant hanc mei liberationem omnes, qui mansueti sunt in rebus adversis, & una mecum collætentur.

no laudabitur anima mea: audiant mansueti, & lætentur. (1)

umiltà del cuore per render sempre a Dio la gloria, che gli è dovuta.

3. Mecum igitur, o mansueti, prędicate magnum esse Dominum, & majestatem ejus laudibus extollamus pariter.

3. *Magnificate Dominum mecum: & exaltemus nomen ejus in idipsum.*

Eccitarsi scambievolmente a dare a Dio il supremo culto.

4. Quia ego in tribulationibus constitutus quæsivi, & imploravi Dominum & exaudivit me: & ex omnibus angustiis meis me liberavit.

4. *Exquisivi Dominum, & exaudivit me: & ex omnibus tribulationibus meis eripuit me.*

Pubblicare altamente i contrassegni, che si sono ricevuti della sua bontà, e della sua protezione.

5. Proinde, vos, qui in afflictione estis, respicite & accedite ad Deum; & ab eo lætitiæ lucem accipite: sicque vultus vestri non pudefient ob frustratam vestram ab eo expectationem.

5. *Accedite ad eum & illuminamini: & facies vestræ non confundentur.*

Eccitare gli afflitti a collocare in Dio la loro speranza, ed assicurarli del suo ajuto.

6. Quemadmodum pauper hic David in tribulatione sua Dominum inclamavit & ille exaudivit eum; & ab om-

6. *Iste pauper clamavit, & Dominus exaudivit eum: & de omni-*

Proporre noi stessi per esempio a fine d'indurli ad imitarci.

Rac-

(1) Psalm. cxviii. 74.

omnibus pressuris suis eum liberavit.

nibus tribulationibus ejus salvavit eum.

7. Ita quoque Angelus Domini circum timentes eum sese immittet, & castra militiæ angelicæ disponet in gyro illorum, eosque liberabit a tribulationibus suis.

7. *Immittet Angelus Domini in circuitu timentium eum: & eripiet eos.* (1)

Raccontar loro ciò, che Iddio ha operato col ministero de' suoi Angeli in favore di quei, che hanno sperato in lui.

8. Experientia discite, & agnoscite, quod benignus sit Dominus: quodque fœlix sit vir, qui sperat in eo.

8. *Gustate, & videte, quoniam suavis est Dominus:* (2) *beatus vir qui sperat in eo.*

Assicurarli, che tutta la felicità dell'uomo procede dalla sua speranza in Dio.

9. Itaque filiali timore timete offendere Dominum, o vos omnes, qui sanctimoniam profitemini, quia nihil deest veri boni iis, qui ex amore timent displicere ei.

9. *Timete Dominum omnes sancti ejus: quoniam non est inopia timentibus eum.*

Esortarli al timor di Dio, e ad un profondo rispetto per lui, per ottenere sicuramente tutti gli ajuti, de' quali essi hanno bisogno.

10. Divites quidem mundani rapaces ceu leones, sæpe postea ad inopiam redacti indiguerunt & famem passi sunt in hac vita, vel saltem in altera vita: at exquirentibus placere Domino non deerit omne bonum, ut serius

10. *Divites eguerunt & esurierunt:* (3) *inquirentes autem Dominum non minuentur omni bono.*

11. *Ve-*

Finalmente proporre loro l'esempio di un gran numero di ricchi, i quali confidando nelle loro dovizie sono caduti nell' estrema miseria, mentre i poveri, i quali hanno ripo-

 sto

(1) Zachar. IX. 8. (2) 1. Petr. II. 3. (3) Luc. I. 53.

rius in æterna vita .

ſto in Dio la loro fiducia , ſi ſono trovati nell' abbondanza .

11. Venite ergo filii, & auſcultate mihi , voſque docebo quemadmodum ſit timendus a vobis Dominus .

11. *Venite filii audite me : timorem Domini docebo vos .*

Indirizzarli al timore di Dio coi proprj diſcorſi , e colla propria condotta .

12. Quis eſt homo , qui velit veram vitam diligere , quique diligat videre & percipere dies bonos ?

12. *Quis eſt homo, qui vult vitam : (1) diligit dies videre bonos ?*

Eſaminare a qual vita ſi vuol giugnere, o alla felice nel tempo, o alla beata nella eternità .

13. Quiſquis talis es , cuſtodi primum & fac ceſſare linguam tuam a maledicentia, & labia tua cohibe ne loquantur doloſum aliquid proximo tuo .

13. *Probibe linguam tuam a malo : & labia tua ne loquantur dolum .*

Per arrivare all' ultima prender queſti mezzi : non mancare in niente nè alla carità , nè alla fedeltà , che ſi deve al proſſimo .

14. Tum recede ab omni opere malo ; & facito ſemper id quod eſt bonum : denique quære , ut cum omnibus hominibus , ſi fieri poteſt, pacem habeas ; eamque affectare, ut aſſequaris .

14. *Diverte a malo & fac bonum:* (2) *inquire pacem & perſequere eam .*

Fuggire tutto ciò , che diſpiace a Dio , e praticare tutto quello , che gli aggrada .

15. Oculi Domini benigne reſpiciunt ad juſtos , ut illis proſpiciat ; & aures ejus intentæ ſunt ſemper ad de-

15. *Oculi Domini ſuper juſtos :* (3) *& aures ejus in preces eorum .*

16. *Vul-*

Con queſta condotta tirare ſopra di ſe gli ſguardi di Dio, e procacciarſi un'udienza ſempre fa-

---

(1) 1. Petr. 3. 10. (2) Pſalm. xxxvi. 27.
(3) Job xxxvi. 7. Pſalm. xxxii. 18. Eccli. xv. 20. 1. Petr. iii. 12.

deprecationes eorum, ut postulata concedat.

16. Contra vero facies Domini irarum, plena est erga facientes mala, ut aboleat, & perire faciat e terra & famam, & memoriam eorum.

17. Inclamaverunt justi in tribulationibus positi, & Dominus exaudivit eos, & ex omnibus afflictionibus suis eos liberavit.

18. Adjutorio suo Dominus proxime adest iis, qui afflicto sunt corde atque contrito: & de malis salvabit eos, qui humili & confracto sunt animo.

19. Multæ quidem sunt justorum tribulationes in hoc Mundo: sed de his omnibus tribulationibus tandem eos Dominus liberabit.

20. Custoditque Domi-

16. Vultus autem Domini super facientes mala: (1) ut perdat de terra memoriam eorum.

17. Clamaverunt justi & Dominus exaudivit eos: & ex omnibus tribulationibus eorum liberavit eos.

18. Juxta est Dominus iis, qui tribulato sunt corde: & humiles spiritu salvabit.

19. Multæ tribulationes justorum: & de omnibus his liberabit eos Dominus.

20. Custodit Do-

favorevole.

Rinunziare alla vita felice tanto cercata da peccatori in questo Mondo, la quale non attrae dalla parte di Dio, se non occhiate di collera, e di furore.

Pensare sovente a ciò, che Dio fa in favore di quei, che tendono a questa vita da' peccatori creduta infelice: Esso li esaudisce, e li libera.

Egli ha sempre gli occhi sopra di essi nelle loro sofferenze, e gliene fa fare sant'uso.

Egli semina la loro vita di croci, questo è vero; ma ciò avviene per farli arrivare alla gloria.

La loro morte

K 3 fa-

(1) Levit. xvii. 10. Jer. xliv. 11. Amos ix. 4. Hæbr. iv. 13.

minus omnia & singula ossa eorumdem justorum: & ne unum quidem ex his justorum ossibus confringetur ab eorum inimicis, nisi Deo ipso permittente ad majorem æternamque gloriam servorum suorum.

Dominus omnia ossa eorum: unum ex his non conteretur.

sarà preziosa agli occhi di lui, e conserverà per fino le loro ceneri.

21. Cæterum peccatorum hominum justo judicio Dei mala mors erit & interfectio, & odientes sive id quod justum est, sive hominum justum, culpabuntur, & æterni delicti rei erunt.

21. Mors peccatorum pessima: & qui oderunt justum delinquent.

Desiderare questa morte, e temere quella de' peccatori, che sarà per Dio oggetto di orrore.

22. Animas autem servorum suorum Dominus liberabit a mala morte: & omnes, qui in Deo spem suam & amorem collocant, non culpabuntur, omni culpæ reatu in æternum soluti.

22. Redimet Dominus animas servorum suorum: & non delinquent omnes, qui sperant in eo.

Prendere adunque il partito di disprezzare la vita, di servire a Dio, di riporre in lui tutta la propria speranza, e di giugnere in questa maniera all'eternità beata.

PSALMUS XXXIV.

VArj generi di nemici. Ciò che possiamo dimandare a Dio contra di loro. Come ci dobbiamo condurre. In qual maniera, e per qual fine possiamo desiderare di esserne liberati.

Sof-

Soffrire il male con pazienza: amare quei che ce lo cagionano, e desiderare loro il bene.

Ipsi David.

Psalmus Davidi inspiratus.

PROPHETA. Fac mihi judicium, Domine, de adversariis meis injuste mihi nocentibus: pugna contra impugnantes me.

Judica, Domine, nocentes me: (1) expugna impugnantes me.

Accendersi di santo zelo contro coloro, che con varj mezzi vogliono farci cadere nel peccato.

2. Apprehende contra eos arma & scutum potentiæ tuæ; & consurge ad auxilium meum.

2. Apprehende arma, & scutum: & exurge in adjutorium mihi.

Riconoscere, che Iddio solo può difenderci da questa sorta di nemici.

3. Evagina gladium tuum & præoccupa & intercludе viam ex adverso persequentium me, ne me possint assequi. Et arcana inspiratione fiduciæ in te, dicito animæ meæ: *Ego Deus salvator sum tuus.*

3. Effunde frameam, & conclude adversus eos, qui persequuntur me: dic animæ meæ: Salus tua ego sum.

Invocarlo con tanta fiducia, che sentiamo interiormente di godere della sua protezione.

4. Te pro me pugnante, quotquot quęrunt perdere animam vitamque meam, erubescant & pudefiant, spe sua frustrati.

4. Confundantur & revereantur, quærentes animam meam. (2)

Pregarlo, che ei copra di confusione i nostri nemici,

5. A te vertantur retrorsum & in fugam versi pudore suffundantur

5. Avertantur retrorsum, & confundantur

Che li allontani da noi colla vergogna di non aver po-

(1) Psalm. XLII. 1. CXVIII. 154. (2) Psalm. XXXIX. 15. LXIX. 1.

tur quotquot mala mihi inferre cogitant.

tur cogitantes mihi mala.

potuto adempire i loro perversi disegni,

6. Huc illucque dispersi, efficiantur sicut pulvis dispersus ad præsentiam venti vehementis, & Angelus a Domino missus impellat & opprimat eos.

6. Fiant tanquam pulvis ante faciem venti: (1) *& Angelus Domini coarctans eos.*

Che il loro spirito sia agitato da tanti differenti pensieri, che essi si scordino di noi,

7. Fiat via illorum tenebrosa & lubrica: & Angelus missus a Domino persequatur eos.

7. Fiat via illorum tenebræ, & lubricum: (2) *& Angelus Domini persequens eos.*

E che si trovino in sì gran turbazione, ed in sì grandi imbarazzi, che ci lascino vivere in santo riposo.

8. Et hæc justo Dei judicio patiantur, quia sine justa causa occultaverunt mihi laqueum & rete suum, ut per eorum insidias caperer, & interirem: & vane & sine causa opprobriis me affecerunt.

8. Quoniam gratis absconderunt mihi interitum laquei sui: supervacue exprobraverunt animam meam.

Stare in avvertenza di non tirarci addosso queste persecuzioni per la nostra imprudenza.

9. Obveniat ergo justo Dei judicio cætui illi adversariorum meorum, calamitatis pedica quam ignorat, & non prævidet: & rete illud, quod mihi comprehendendo occulte tetenderat, illum potius

9. Veniat illi laqueus quem ignorat: & captio quam abscondit, apprehendat eum, (3) *& in laqueum cadat in ipsum.*

10. Ani-

Desiderare con vera carità per gli nostri persecutori, ch' essi sentano il peso, e la pena del peccato, nel quale ci vogliono far cadere, affinchè per mezzo di un

(1) Job XXI. 18. Psalm. I. 4. Isai. XVII. 13. XXIX. 5. Oseæ XIII. 3.
(2) Jerem. XXIII. 12. (3) Psalm. IX. 16. LVII. 7. Proverb. V. 22.

tius comprehendat, & in eum ipsum laqueum & rete incidat, prius mihi illaqueando paratum.

10. Porro anima mea exultabit de Domino judice justo causæ meæ: seseque oblectabit in salute sua, quam ab eo expectat.

11. Et omnia interiora robora mea dicent ei: *Domine, quis similis tui?*

12. *Qui pauperem liberas de manu & potestate validiorum eo: & pauperem & mendicum liberas a violentis diripientibus eum.*

13. Consurgentes adversum me testes injusti & mendaces, de iis me criminibus interrogabant, quorum ego conscius non eram.

14. Mihique reddebant

10. *Anima autem mea exultabit in Domino: & delectabitur super salutari suo.*

11. *Omnia ossa mea dicent:* Domine, quis similis tibi?

12. Eripiens inopem de manu fortiorum ejus: egenum & pauperem a diripientibus eum.

13. *Surgentes testes iniqui:* (1) *quæ ignorabam interrogabant me.*

14. *Retribue-*

un tal senso vengano a conoscere la grandezza del male, che meditavano di farci, e quindi si muovano a compunzione, e pentimento sincero.

Desiderare di essere esenti da tutte queste persecuzioni a fine di servire a Dio con più allegrezza, e libertà di spirito,

E d'impiegare tutte le proprie forze in ammirarlo nella sua bontà.

Rendersene degni, riconoscendoci sempre nella sua presenza, nella miseria, nell' indigenza, e nel bisogno di tutto.

Aspettarsi un'altra sorta d'inimici, che ci accusano falsamente di cose, alle quali neppure abbiamo pensato:

Altri ancora, che

(1) Psalm. LXVIII. 5.

bant mala loco rerum bonarum, quas feceram eis; & orbitatem retribuebant mihi, ut vitâ pariter & filiis orbatus essem.

15. Ego vero tum cum mihi molesti erant adversarii mei, induebam me sacco vilissimo ex pilis hircorum atque caprarum texto.

16. Et animam meam humiliabam & affligebam jejunio: & oratio mea pro eis tunc fusa, si nihil illis profuit, revertetur saltem in pectus meum fructuosa mihique proderit.

17. Quasi sodali, quasi fratri & cognato nostro ita eis complacere studebam: & quasi lugerem matrem & mœrerem, ita me affligebam & incurvabam ob eorum malitiam.

18. Et nihilominus ipsi adversarii mei in rebus tristibus adversum me accidentibus lætati sunt; & simul sunt

buebant mihi mala pro bonis: (1) *sterilitatem animæ meæ.*

15. *Ego autem cum mihi molesti essent: induebar cilicio.*

16. *Humiliabam in jejunio animam meam: & oratio mea in sinu meo convertetur.* (2)

17. *Quasi proximum, & quasi fratrem nostrum, sic complacebam: quasi lugens & contristatus, sic humiliabar.* (3)

18. *Et adversum me lætati sunt, & convenerunt: congregata sunt su-*

che non sono nostri nemici, e non cercano di rovinarci, se non perchè abbiamo fatto loro del bene.

In tentazioni sì grandi aggiugnere alla mortificazione del corpo,

Il digiuno, e la preghiera a fine d'ottenere le forze per sostenervisi.

Trattare con questa sorta di nemici, come non si vedessero per le loro ingiustizie, e fare per parte sua il possibile per riconciliarsegli.

Dissimulare il godimento, ch'essi hanno di perseguitarci,

Di

(1) Psalm. XXXVII. 21. CVII. 5. (2) Psalm. CVIII. 4.
(3) Job. XXX. 25.

ſunt congregati : & ab ipſis percutientibus collecta ſunt ſuper me flagella ; & ego juſtam cauſam cur me flagellarent neſcivi .

ſuper me flagella & ignoravi .

19. Diſſoluti ac diſſipati ſunt in varias partes , ut me perderent , nec mei commiſeratione ſunt compuncti: variis me modis tentaverunt , & interdum deriſu me deriſerunt : interdum vero præ iracundia ſtrictis dentibus ſuis ſtridebant & perſtrepebant ſævientes contra me .

19. Diſſipati ſunt , nec compuncti , tentaverunt me, ſubſannaverunt me ſubſannatione: (1) frenduerunt ſuper me dentibus ſuis .

Di pungerci , di oltraggiarci , e d'inſultarci .

20. Domine , quando demum effectu monſtrabis inſpicere hæc omnia ? in priſtinam , quæſo , ſecuritatem reſtitue animam meam ab eorum maleficentia liberatam : & ab iſtiuſmodi leonibus liberatam , in ſecuritatem reſtitue unicam , ſolitariam & deſertam ab omnibus animam meam .

20. Domine, quando reſpicies ? reſtitue animam meam a malignitate eorum : a leonibus unicam meam .

Aſpettar con pazienza il tempo , in cui piacerà a Dio di liberarci dalle loro perſecuzioni :

21. Qua de re ego tibi Domine debitas lau-

21. Confitebor tibi in eccle-

Lodarlo intanto , e benedirlo in tut-

(1) Job xxx. 1. 9.

laudes profitebor palam in magna hominum congregatione : teque publice laudabo in confertissima populi turba.	*clesia magna* : (1) *in populo gravi laudabo te.*	tutto :
22. Ne, quæso, gaudeant super malo meo ii, qui inique inimicitias mecum habent, quique me frustra & sine causa oderunt ; & interim nutibus oculorum pacem simulant.	22. *Non supergaudeant mibi, qui adversantur mihi inique : qui oderunt me gratis, & annuunt oculis.* (1)	Anche allor quando si appiglieranno a nuocerci maggiormente, e a suscitarci nuovi nemici.
23. Nam mihi quidem pacata & amica verba loquebantur: sed cum ira occulta terrenorum hominum, fraudulenta verba loquentes, mente sua excogitabant dolos mihi tendendos :	23. *Quoniam mibi quidem pacifice loquebantur : & in iracundia terræ loquentes, dolos cogitabant :*	Ad ingannarci con belle parole,
24. Qui & latissime aperuerunt os suum cachinnantes contra me jam jam opprimendum: dixeruntque: *Vah vah; optimè optimè : vident jam tandem oculi nostri quæ optabamus in eo :*	24. *Et dilataverunt super me os suum : dixerunt* : Euge euge vident oculi nostri.	E ad imputarci nuovi delitti.
25. Vidisti & tu quoque eos, Domine : ne -er-	25. *Vidisti, Domine ne si- leas:*	Gettarsi allora nelle mani di Dio, rap-

(1) Psalm. xxi. 26.
(1) Psal. xxviii. 5. cviii. 3. cxviii. 161. Tren. iii. 52. Joh. xv. 25.

ergo diutius fileas, fcelera tanta diffimulans: Domine, ne, quæfo, a me adjuvando abfcedas, meque deferas.

leas: Domine, ne difcedas a me.

rapprefentandogli la loro ingiuftizia,

26. Expergifcere quodammodo a fomno patientiæ tuæ, Domine, & attende ad jus mihi dicendum: in caufam hanc meam attende, Deus meus & Dominus meus.

26. *Exurge & intende judicio meo: Deus meus, & Dominus meus, in caufam meam.*

E dimandandogli umilmente di farci giuftizia.

27. Fac pro me judicium prout poftulat juftitia, & magna mifericordia tua, Domine Deus meus, & ne, quæfo, fuper malo meo illi gaudeant infultantes mihi.

27. *Judica me fecundum juftitiam tuam, Domine, Deus meus: & non fupergaudeant mibi.*

Scongiurarnelo per la fua rettitudine,

28. Et ne dicant de me in cordibus fuis: *Vah vah, bene bene eft animo noftro; res fucceffit fecundum defideria noftra*, & ne de me dicant: *Jam abforbuimus fanguinem ejus a nobis fufum.*

28. *Non dicant in cordibus fuis:* Euge euge animę noftræ: (1) *nec dicant:* Devoravimus eum.

Per l'intereffe ch'egli ha d'impedire, che i malvaggi non alzino trofei delle loro ingiuftizie,

29. Ejufmodi fpe fua fruftrati, erubefcant & pudefiant pariter ii, qui gaudent de malis meis,

29. *Erubefcant, & revereantur fimul, qui gratulantur malis meis.*

E per la neceffità, che vi è di umiliare il loro orgoglio.

30. In- 30. *In.* Di-

(1) Pfalm. xxxix. 16.

30. Induanturque pudore, & verecundia, qui magna & fastuosa verba loquuntur contra me.

30. *Induantur confusione & reverentia: qui magna loquuntur super me.*

Dimandargli, dico, di coprirli di vergogna, e di confusione per prevenire le conseguenze di un sì cattivo esempio.

31. E contrario autem exultent & letentur, qui amant justam hanc causam meam, eique favent, dicantque semper ita: *Magnus agnoscatur & prædicetur Dominus*, ita inquam dicant quotquot volunt & desiderant pacem & salutem mihi servo Dei.

31. *Exultent & lætentur, qui volunt justitiam meam*, (1) *& dicant semper:* Magnificetur Dominus, *qui volunt pacem servi ejus.*

Desiderare con tutto il cuore, che quelli, che sono accusati ingiustamente, restino giustificati, e Iddio sia glorificato.

32. Et tunc maxime, cum me liberaveris ab adversariis meis, lingua mea ex meditabundo corde loquetur & prædicabit justitiam tuam, Domine, totaque die eadem lingua mea ex cordis meditatione loquetur laudem tuam.

32. *Et lingua mea meditabitur justitiam tuam: tota die laudem tuam.*

Rendere gloria a Dio per la giustizia, che avrà loro fatta, e dargliene mille lodi.

PSALMUS XXXV.

Eccesso di delitti, a cui si porta il peccatore. La sola misericordia di Dio distingue quei, che non vi

(1) Psalm. xxxix. 17.

vi si portano. Tre gradi fra gli uomini, i peccatori, gl'imperfetti, i perfetti. Non si sussiste in questo stato se non per mezzo di una grande vigilanza. Temere di caderne. Ricordarsi della caduta degli Angeli, e che siamo uomini.

Di continuo aver presente la caduta degli Angeli, e degli uomini a fine di vivere con umile diffidenza di se stessi.

In finem, servo Domini, ipsi David.

In perpetuum decantandus Psalmus, inspiratus Davidi servo Domini.

PROPHETA. Iniquus homo intra semetipsum, & in corde suo cogitavit peccare: quia non est ullus Dei timor coram oculis mentis ejus.

Dixit injustus, ut delinquat in semetipso: non est timor Dei ante oculos ejus.

Pensare con orrore allo stato di un peccatore, che ha perduto tutto il timore di Dio per peccare più arditamente.

2. Et quia coram eodem Deo omnia vidente veritus non est agere dolose; & eo usque progreditur, ut ejus iniquitas veniat in odium execrabile omnium.

2. *Quoniam dolose egit in conspectu ejus: ut inveniatur iniquitas ejus ad odium.*

Pensare questa orribile circostanza, la quale aggrava tutti i peccati, che egli commette.

3. Sermones oris ejusdem iniqui hominis sunt iniqui atque dolosi, & noluit mente recogitare, ut benefaceret.

3. *Verba oris ejus iniquitas & dolus: noluit intelligere, ut bene ageret.*

Considerare l'orribile stato di rinunziare al lume, a fine di non fare se non opere di tenebre, e conseguentemente d'essere in pericolo di non dire una parola,

4. No- 4. *Ini-*

la, o di fare un opera, che non sia peccato.

4. Noctu quoque in suo lecto vigilans iniquum aliquid cogitavit, adfuitque paratus & promptus ad capessendum quodvis genus vitæ non bonæ: malitiam porro nec animo saltem est aversatus.

4. Iniquitatem meditatus est in cubili suo: (1) astitit omni viæ non bonæ, malitiam autem non odivit.

Di non pensare altro, che ai mezzi di rendersi più colpevole, di slontanarsi da tutte le vie, che conducono al bene; di non amar altro che far male.

5. Domine, in Cœlum usque immensa pertingit tua misericordia erga peccatores: sed & fidelitas tua in dictis atque promissis altissima extenditur usque ad nubes.

5. Domine, in Cœlo misericordia tua: (2) & veritas tua usque ad nubes.

Riconoscere umilmente, che il non essere sotto questo miserabile stato, e il rientrare nella verità abbandonata dai peccatori, sono effetti della misericordia di Dio.

6. Nam justitia tua magna est, & incomprehensibilis, ceu inaccessibiles montes procerissimi a te Deo creati: & justa decreta tua inscrutabilia sunt, ceu multa profunditas aquarum impenetrabilis.

6. Justitia tua sicut montes Dei: judicia tua abyssus multa. (3)

Adorare la profondità de' giudizj di Dio su questi due stati sì differenti, che dividono tutti gli uomini:

7. Providentia tua, Domine, tum homines, tum pecora ab in-te-

7. Homines & jumenta salvabis, Domine: quem-

Adorare altresì l'ampiezza della sua misericordia verso

(1) Oseæ VII 6. Michæ. II. 1. (2) Psalm. LVI. 11. CVII. 5.
(3) Rom. XI. 33.

teritu servabis, dans vitam & escam omnibus viventibus: o quantum multiplicasti dona misericordiæ tuæ Deus erga animantia cuncta!

8. Sed & filii Adam præterea sperabunt in tegumento & umbra alarum tuarum, & tuitione tua.

9. Qui velut inebriabuntur a pinguedine ineffabili bonorum domus tuæ: eosque plene potabis deliciis tuis in modum torrentis copiose fluentibus.

10. Nam apud te est fons, & scaturigo vitæ: & per lumen a te datum veram nos videbimus lucem.

11. Extende itaque dona misericordiæ tuæ in eos, qui te agnoscunt, & colunt: tuæque justitiæ effectus extende ad defendendos eos, qui rectum animum

(1) *quemadmodum multiplicasti misericordiam tuam Deus.*

8. *Filii autem hominum in tegmine alarum tuarum sperabunt.*

9. *Inebriabuntur ab ubertate domus tuæ: (2) & torrente voluptatis tuæ potabis eos.* (3)

10. *Quoniam apud te est fons vitæ: & in lumine tuo videbimus lumen.*

11. *Prætende misericordiam tuam scientibus te: & justitiam tuam his, qui recto sunt corde.*

12. *Non*

verso i giusti imperfetti, i quali salva insieme coi perfetti.

8. Ammirare l'eccesso dell'amor di Dio per noi, e riporre in lui tutta la nostra speranza.

Non aver altro desiderio, nè altro ardore, che per gli piaceri, che si gustano nel servirlo, e dimenticarsi, come per una santá ubriachezza, di tutti gli altri.

Stimare collocato in istato di morte chiunque non vive per Dio, e nelle tenebre chiunque non si conduce col suo lume.

Fatigare per rendersi degni della sua misericordia, e porsi in istato, ch' egli possa adempiere in noi le promesse, che ha fatto

L a prò

[1] 1. Timoth. IV. 10. [2] Psalm. LXV. 5.
[3] Job. XX. 17. Apocal. XXII. 1.

mum habent.

a pro di coloro, che lo servono con purità di cuore.

12. Ne, quæso, contra me veniat pes alicujus superbi, ne me supplantet: neque manus & operatio alicujus peccatoris me concutiat, & fluctuare faciat.

12. *Non veniat mihi pes superbiæ: & manus peccatoris non moveat me.*

Conservare con gran cura l' umiltà contro le vane compiacenze, che nascono troppo ordinariamente da una vita regolata, e dalle lodi, che se le danno.

13. Ibi apud te, scilicet, & coram oculis tuis corruerunt in perpetuam ruinam operantes id quod iniquum est: expulsique sunt ab uberrima domo tua, nec potuerunt amplius ad eam surgere, in eaque stare.

13. *Ibi ceciderunt, qui operantur iniquitatem: expulsi sunt, nec potuerunt stare.*

Aver sempre presente l'esempio terribile della caduta degli Angeli, che la vana compiacenza in loro medesimi ha cangiati in Demonj, e precipitati dal Cielo nell'Inferno.

PSALMUS XXXVI.

LA differente condotta del peccatore e del Giusto verso Dio; e quella di Dio verso il Giusto e il peccatore.

Persuadersi, che il peccatore non merita di ricevere da Dio se non supplizj, ed il Giusto ha tutto il fondamento di sperare grazie.

Psalmus, ipsi David.

Psalmus Davidi inspiratus.

PROPHETA. Ne provo-

Noli æmulari

Esaminare con at-

voceris ad iram ob malignos homines honoribus atque divitiis florentes, nec invideas aut imiteris ejusmodi facientes id quod est iniquum.

2. Quia tales homines cito exarescent & conterentur, sicut cito arescit herba: & cito marcescent & a sua fœlicitate excident, sicut cito marcescunt olera virentia.

3. Sed spem tuæ fœlicitatis colloca in Domino, & id quod bonum est facito, & bono animo ut peregrinus habita in terra, & sufficienter ad alendam vitam pasceris copiosis fructibus ejusdem terræ.

4. Pone tu oblectamentum tuum in solo Domino, & dabit ipse tibi quæcumque petierit ab eo cor tuum,

5. Fidenter detege & expone Domino negotia necessitatesque vitæ tuæ, & committens

lari in malignantibus: (1) *neque zelaveris facientes iniquitatem.* (2)

2. *Quoniam tamquam fœnum velociter arescent: & quemadmodum olera herbarum cito decident.*

3. *Spera in Domino & fac bonitatem: & inhabita terram, & pasceris in divitiis ejus.*

4. *Delectare in Domino: & dabit tibi petitiones cordis tui.*

5. *Revela Domino viam tuam,* (3) *& spera in eo: & ipse*

attenzione la condotta, e la sorte differente del peccatore, e del giusto a fine di non invidiare la felicità del peccatore.

Il peccatore risplende come l'erba, da ciò, ch' esso trae dalla terra, ove è attaccato.

Il giusto per lo contrario non ha altra mira, che pel Cielo: esso unisce la speranza di giungervi ad una vita santa, e gusta del riposo, e della tranquillità.

Egli ottiene da Dio tutto ciò, che vuole, nè gli piace altro, se non ciò, che piace a Dio.

Espone a lui il proprio stato, colloca in lui la propria speranza, asper.

L 2

(1) Prov. XXIII. 17. XXIV. 1. 19. (2) Psalm. LXXII. 3.
(3) Psalm. LIV. 23. Prov. XVI. 3. 1. Petr. V. 7.

tens ei te, in eo confide; nam & ipse faciet, quod tibi utilius erit.

6. Et suo tempore in apertum proferet ceu claram lucem, justitiam innocentiamque tuam, si forte per calumniam fuerit denigrata: & proferet palam ceu meridianum solem justitiam causæ tuæ, & justam pro eo sententiam: interim subde te Domino: ne obmurmures, sed tace ad ejus judicia eique supplica.

7. Itaque ne provoceris ad iram ob eum, qui prosperos successus habet in hac temporaria vita sua; ob hominem, inquam, vitæ prosperæ, qui res facit iniquas.

8. Cessa ab ejusmodi ira; conceptumque furorem derelinque: ne provoceris ad æmulationem cum istiusmodi hominibus malis, fœlicibus licet; ne tu quoque eos imitando malus efficiaris & malefacias.

9. Quia ii, qui malefaciunt, cito interibunt morte perpetua: qui

ipse faciet.

6. Et educet quasi lumen justitiam tuam, & judicium tuum tamquam meridiem: subditus esto Domino & ora eum.

7. Noli æmulari in eo, qui prosperatur in via sua: in homine faciente injustitias.

8. Desine ab ira, & derelinque furorem: noli æmulari, ut maligneris.

9. Quoniam qui malignantur exterminamna.

petta con pazienza ciò ch'egli disporrà di lui.

A lui è sottomesso, il prega, ed aspetta, che gli piaccia difendere la sua innocenza.

Il peccatore segue la propria via, il proprio disegno, i proprj progetti, ed impiega i peccati, e le ingiustizie per riuscirvi.

La sua felicità apparente per l'esito delle sue intraprese irrita, e tenta le persone dabbene.

Ma Iddio vendicatore delle sue ingiustizie lo e-ster-

qui vero patienter expectant sibi opitulatorem Dominum, ipsi hæreditario perpetuoque possidebunt terram, ut serius cum regnabunt in Cœlo, & super terram novam post diem judicii.

nabuntur: sustinentes autem Dominum, ipsi hæreditabunt terram.

sterminerà,

10. Et certe adhuc modicum tempus transibit, & postea non erit amplius in sua fœlicitate peccator: & cogitatione tua illius locum opulentum, statumque fœlicem quæres: nec opulentiam illam invenies, nec fœlicitatem.

10. *Et adhuc pusillum, & non erit peccator: & quæres locum ejus, & non invenies.* (1)

E lo distruggerà in tal maniera, che non si troverà alcun segno, ch'egli sia stato giammai.

11. E contrario mites probique homines hæreditario possidebunt terram ei regnantes æternum: sesque oblectabunt multa pace ac fœlicitate perpetua.

11. *Mansueti autem hæreditabunt terram:* (2) *& delectabuntur in multitudine pacis.*

Il giusto per lo contrario, che ha sofferto le ingiustizie di lui senza mancare alla mansuetudine, gioirà nell'abbondanza de' beni in una perfetta tranquillità.

12. Peccator attente cogitabit, & observabit hominem justum, ut illi noceat, & dentibus suis frendet adversus eum.

12. *Observabit peccator justum: & stridebit super eum dentibus suis.*

Il peccatore non cerca altro, che secondare l'odio crudele, che porta al giusto,

13. Sed Dominus pec-

13. *Dominus*

Senza conside-

(1) Job. VII. 10. XX. 9.

(2) Matth. V. 4.

peccatorem illum deridebit, quia prævidet, quod cito veniet dies ultima ejusdem peccatoris, in qua supplicio destinabitur æterno.

nus autem irridebit eum: (1) quoniam prospicit, quod veniet dies ejus.

rare, che Iddio si fa beffe de' suoi disegni, i quali saranno prevenuti dalla sua morte.

14. Peccatores eduxerunt gladium e vagina furentes; in suoque arcu nervum intenderunt.

14. *Gladium evaginaverunt peccatores: intenderunt arcum suum;*

Egli passa dalle insidie, che egli tende per ruinare il giusto, ad una guerra dichiarata.

15. Ut emissis arcu sagittis percussos in terram sternant egenum & pauperem: & ut evaginato illo gladio suo interficiant eos, qui recto sunt animo, modoque vivendi.

15. *Ut dejiciant pauperem & inopem: ut trucident rectos corde.*

Gli basta per volere rapirgli i beni, e la vita, ch' ei sia senza difesa, e senza risentimento.

16. Sed gladius ipse eorum adversus justos evaginatus, ingrediatur in corda ipsorummet peccatorum justo judicio Dei: & arcus ipse ab eis contra pauperes tentus, infringatur.

16. *Gladius eorum intret in corda ipsorum: & arcus eorum confringatur.*

Ma fosse più egli medesimo dalla propria passione, e rabbia, che non possa dargli pena.

17. Melius utiliusque est homini justo parum quid & modicum alimentorum, quam divitiæ multæ peccatorum.

17. *Melius est modicum justo, super divitias peccatorum multas.*

Non vede, che bisogna poco a chi nulla desidera:

18. Nam

18. *Quo-*

E che

(1) Psalm. II. 4.

18. Nam brachia & robora peccatorum confringentur: corroborat autem & sublevat justos Dominus.

18. *Quoniam brachia peccatorum conterentur:* (1) *confirmat autem justos Dominus.*

E che colla sua pazienza renderà inutili tutti i suoi sforzi.

19. Dominus agnoscit & approbat probum cursum dierum hominum sine macula flagitii & facinoris viventium: eorumque hæreditas incontaminata & immarcescibilis erit æterna.

19. *Novit Dominus dies immaculatorum: & hæreditas eorum in æternum erit.*

Ammirare come Iddio si compiace di fortificare il Giusto, ed esercitare la sua pazienza per poi coronarlo:

20. Ipsi immaculati homines tempore adversitatis non suffundentur pudore ceu derelicti a Domino, & in diebus, in quibus charitas & annonæ penuria fuerit ipsi satiabuntur: cæterum peccatores omnes peribunt.

20. *Non confundentur in tempore malo: & in diebus famis saturabuntur,* (2) *quia peccatores peribunt.*

E per cambiare in gloria la confusione, di cui il peccatore lo ha ricoperto, e rendergli in abbondanza i beni, de' quali esso lo ha spogliato.

21. Et inimici Domini statim ac fuerint gloriosi effecti, & excelsi in hac vita: consumpti mox cum tota illa gloria sua consumentur, sicut fumus consumitur & evanescit.

21. *Inimici vero Domini mox ut honorificati fuerint, & exaltati: deficientes quemadmodum fumus deficient.*

Riguardare come in un istante tutto il tempo della gloria del peccatore, e stimarla, come un fumo.

22. Pec- 22. *Mu-* L 4 Con-

(1) Psalm. IX. 15.

(2) Psalm. XXXII. 19.

22. Peccator ab aliis mutuum accipiet & non reddet debitum: justus vero aliis misericorditer dat, & benigne semper largietur.

22. Mutuabitur peccator & non solvet: Justus autem miseretur, & tribuet.

Considerate l'uso differente, che il peccatore, ed il Giusto fanno del bene.

23. Nam qui Domino benedicunt & deserviunt hæreditario possidebunt terram: qui vero eidem Domino maledicunt blasphemiis, operibusque malis, interibunt.

23. Quia benedicentes ei hæreditabunt terram: maledicentes autem ei disperibunt.

Considerare altresì, quante sventure seguono il peccatore, e quante benedizioni accompagnano il Giusto.

24. Gressus actionesque hominis Justi a Domino bene dirigentur & firmabuntur; ejusque Justi itineri vitæ bene, volet Dominus, illudque vehementer amabit.

24. Apud Dominum gressus hominis dirigentur: & viam ejus volet.

I. Siccome Iddio è il fine, che il Giusto si propone in tutti i proprj disegni, egli ne favorisce l'esito.

25. Quare cum Justus ceciderit non perfractus collabesiet: quia vicissim Dominus veluti sua manu supposita sustentat & firmat manum illius, ne penitus allidatur.

25. Cum ceciderit non collidetur: (1) quia Dominus supponit manum suam.

II. Se fa qualche caduta per umana fragilità, Iddio ne previene le conseguenze, e glie la fa riparare.

26. Fui ego olim puer & junior; siquidem nunc jam factus sum senex; & nunquam ego David vidi hominem

26. Junior fui, etenim senui: & non vidi justum derelictum, nec semen

III. Se Iddio lo priva de' beni temporali, lo ricolma insieme colla sua posterità de' beni spi-

(1) Prov. xxiv. 16. 1. Corinth. iv. 9.

nem Justum & eleemosynarium penitus derelictum a Deo; nec unquam ego vidi ejusmodi hominis progeniem emendicantem alimenta necessaria, eisque indigentem.

men ejus quærens panem.

spirituali.

27. Ejusmodi justus eleemosynarum erogator omni die misericorditer aliis donat & commodat vel dat mutuum: & nihilominus progenies ejus semper in benedictione erit, & abundantia rerum.

27. *Tota die miseretur, & commodat:* (1) *& semen illius in benedictione erit.*

IV. Se glieli concede, esso Giusto se ne serve per alleggerire la miseria, ed il il bisogno degli altri, e ciò gli fa meritare nuovi favori.

28. Itaque cessa & recede a re mala facienda; & id quod bonum est, facito, & ita inhabita terram regnaturus super eam in sæcula sempiterna.

28. *Declina a malo & fac bonum:* (2) *& inhabita in sæculum sæculi.*

Animarsi per la vista di tali differenze fra il peccatore, ed il Giusto alla fuga del male, ed alla pratica del bene.

29. Nam Dominus diligit id quod est justum & rectum: suosque sanctos misericordes homines non derelinquet in suis necessitatibus: qui sancti ab eo custodientur in æternum sine malo.

29. *Quia Dominus amat judicium, & non derelinquet sanctos suos: in æternum conservabuntur.*

Amare la giustizia, e vivere in un totale abbandonamento di se medesimo nelle mani di Dio.

30. Injusti quidem e terra expellentur & punien-

30. *Injusti punientur: & se-*

Considerare ancora queste differen-

(1) Psalm. cxi. 9. (2) Psalm. xxxviii. 15.

nientur: impiorumque mala posteritas imitatrix malorum parentum ab eadem terra exterminabitur & peribit.

semen impiorum peribit.

renze fra il peccatore, ed il Giusto, il peccatore, e la sua iniqua posterità saranno l'oggetto delle vendette di Dio:

31. At justi tamquam hæredes perpetuo possidebunt terram in cœlo regnantes: & super eam inhabitabunt in sæcula sempiterna.

31. *Justi autem hæreditabunt terram:* (1) *& inhabitabunt in sæculum sæculi super eam.*

Il Giusto dei divini favori, e delle grazie.

32. Os justi ex jugi cordis meditatione loquetur non stulta & vana, sed cœlestis sapientiæ verba: ejusque lingua id quod justum est & æquum, & cum judicio semper & prudentia loquetur.

32. *Os justi meditabitur sapientiam:*(2) *& lingua ejus loquetur judicium.*

Qualunque male egli soffra niuna cosa gli uscirà dalla bocca se non saggia, e giudiziosa.

33. Nam in ipsius Justi mente & cordis affectu est lex Dei sui, & ideo gressus, actionesque ejusdem Justi non impedientur, ut deficiant, & prolabantur a recta via.

33. *Lex Dei ejus in corde ipsius:* (3) *& non supplantabuntur gressus ejus.*

Egli ha la legge di Dio per regola della sua condotta: Non farà passo falso.

34. Peccator callide attendit & animadvertit hominem justum & quærit, ut occidat eum.

34. *Considerat peccator Justum: & quærit mortificare eum.*

Considerare finalmente il peccatore infuriato contro il Giusto per rovinarlo,

35. Sed 35. *Do-* E

(1) Prover. II. 21. (2) Proverb. XXXI. 26.
(3) Deuter. VI. 6. Psalm. XXXIX. 9. CXVIII. 11. Isai. LI. 7.

35. Sed Dominus non derelinquet Justum in peccatoris manibus & potestate: nec Justum illum condemnabit, cum contra illum tamquam reum fiet a peccatore judicium & sententia proferetur.

35. *Dominus autem non derelinquet eum in manibus ejus: nec damnabit eum cum judicabitur illi.*

E Dio tutto applicato a difenderlo,

36. Igitur patienter expecta, quæ tibi daturus est Dominus; & interim custodi viam rationemque vivendi, quam tibi servandam præcepit: & ipse te exaltabit, ut hæreditario perpetuoque terram possideas: cum peccatores interibunt, tunc experimento videbis & peccatorum supplicia & præmia Justorum.

36. *Expecta Dominum, & custodi viam ejus: & exaltabit te, ut hæreditate capias terram, cum perierint peccatores, videbit.* (1)

Ad inalzarlo alla gloria, e colmarlo di beni.

37. Vidi ego impium robustum supra modum exaltatum, eumque fortissimum, & in altum elevatum instar altissimarum cedrorum montis Libani.

37. *Vidi impium superexaltatum,* (2) *& elevatum sicut cedros Libani:*

Ad umiliare il peccatore a proporzione del suo orgoglio,

38. Et paulo post per eam viam transivi, qua illum videram; & ecce (mirum dictu!) non erat ille amplius in sublimitate sua pristina, & altitudine, illumque di-

38. *Et transivi, & ecce non erat: & quæsivi eum, & non est inventus locus ejus.*

E ad abbassarlo tanto, quanto egli ha voluto inalzarsi.

39. Cu-

Ab-

(1) Psalm. cx. 8.

(2) Job. v. 3.

diligentius perquisivi; & non est repertus ne quidem locus, & vestigium excellentissimæ claritudinis ejus.

39. Custodi ergo morum innocentiam, & simplicitatem; & aspice semper in id, quod rectum est & æquum, ut id tantum cogites & facias, quia homini, qui cum omnibus pacem habere curat, supererunt post hanc vitam virtutis suæ reliquiæ splendidæ, pax & fœlicitas sempiterna.

39. *Custodi innocentiam, & vide æquitatem: quoniam sunt reliquiæ homini pacifico.*

Abbracciare la giustizia, vivere nella innocenza a vista de' gran beni, che la seguono.

40. Injusti autem omnes pariter interibunt: sed & impiorum reliquiæ, decus scilicet & gloria, proles ac reliqua omnia pariter peribunt.

40. *Injusti autem disperibunt simul: reliquiæ impiorum interibunt.*

Rinunziare al peccato a vista delle sciagure, che sono inevitabili.

41. Cæterum Justorum salus a Domino venit: qui Dominus & eorum est fortissimus instar clypei protector opportunus tempore quo tribulantur.

41. *Salus autem Justorum a Domino: & protector eorum est in tempore tribulationis.*

Rendere a Dio tutta la gloria della propria salute.

42. Et eis auxiliabitur Dominus, eosque liberabit, liberabit, inquam, eos & exi-

42. *Et adjuvabit eos Dominus: & liberabit eos,*(1) *&*

Confessare, che questa si deve alla sua protezione, al suo ajuto, ed alla cu-

(1) Isai. xxxi. 5.

eximet a peccatorum manibus ac potestate: & eosdem Justos ab omni malo salvabit, eo quod non in se ipsis, sed in Deo omnipotente speraverint.

& eruet eos a peccatoribus, & salvabit eos, quia speraverunt in eo.

cura, ch'egli ha avuto di preservarci dal peccato, e di sostenerci contro coloro, che in esso ci volevano indurre.

PSALMUS XXXVII.

I Cattivi effetti delle passioni. Il disprezzo, che si deve fare de' godimenti e de' piaceri del Mondo, per gemere dinanzi a Dio de' suoi peccati, e ripararli con la penitenza. Ostacoli, che s'incontrano per parte de' prossimi, e degli amici alla propria conversione. Fermezza, colla quale è d'uopo sostenersi contra di loro. Non aspettare se non da Dio la perseveranza.

Amare tutto ciò, che rende perfetta la nostra conversione, e odiare tutto quello che l'impedisce.

Psalmus David: in rememorationem de Sabbato.

Psalmus Davidi inspiratus ad commemorationem suorum peccatorum, in Sabbato decantandus.

PROPHETA. Domine, ne, quæso, in tuo veluti furore & severitate coarguas & convincas me de peccatis meis: & ne ex tua velut ira, nimis magna pœna me castiges.

Domine, ne in furore tuo arguas me: (1) *neque in ira tua corripias me.*

Domandare a Dio, che non ci riprenda da padrone, ma ci gastighi da padre.

2. Nam

2. *Quo-*

Ri-

(1) Psalm. VI. 2.

2. Nam dolores pungentes a te mihi inflicti, quasi sagittæ me penetrarunt: & punitricem manum tuam gravi ictu & mora obfirmasti super me.

2. *Quoniam sagittæ tuæ* (1) *infixæ sunt mihi: & confirmasti super me manum tuam.*

Ricevere con amore le pene della vita presente, per grandi, ch'esse ci apparifcano.

3. Non inest sanitas ulla carni corporis mei causa tuæ erga me indignationis justissimæ: & nulla est pax & quies interioribus meis causa peccatorum meorum, quæ plagas tantas commeruerunt justissime.

3. *Non est sanitas in carne mea a facie iræ tuæ: non est pax ossibus meis a facie peccatorum meorum.* (2)

Restar convinti de' funesti effetti del peccato, e delle turbolenze, nelle quali ci gettano le nostre passioni.

4. Nam iniquitates meæ præ magno numero transcenderunt caput meum, instar excrescentium aquarum me submergentes: & gravis oneris instar nimio pondere pænarum aggravatæ sunt super me.

4. *Quoniam iniquitates meæ supergressæ sunt caput meum: & sicut onus grave gravatæ sunt super me.*

Sentirne vivamente il peso a fine di non esserne oppressi.

5. Livores & ulcera mea fœtuerunt, & tabifica sanie putrefacta sunt: idque factum est causa amentiæ illius meæ, qua te Deum contempsi.

5. *Putruerunt, & corruptæ sunt cicatrices meæ: a facie insipientiæ meæ.*

Far consistere la saviezza in non differire la nostra guarigione per mezzo della penitenza, per non rendere il male incurabile.

6. Miseriis afflictus sum,

6. *Miser factus*

Riconoscere la pro-

(1) Job VI. 4.

(2) Psalm. VI. 3.

sum, & pœnarum pon. dere incurvatus sum nimis & nunc usque perpetuo totaque die mœrens ambulabam.

ctus sum, & curvatus sum usque in finem: tota die contristatus ingrediebar. (1)

propria miseria a fine di esserne sollevati: abbassarsi umiliandosi per esserne rialzati: affliggersi rattristandosene, a fine di essere consolati.

7. Nam interiora animæ meæ repleta sunt ardore fœdisque ludibriis, & ignominia: & nulla superest sanitas carni corporis mei.

7. Quoniam lumbi mei impleti sunt illusionibus: & non est sanitas in carne mea.

Disprezzare la propria carne, e riguardare i piaceri come illusioni, e la sorgente della propria corruzione.

8. Nimisque afflictus sum, & depressus sum: ac instar leonis rugiebam præ grandi gemitu cordis mei.

8. Afflictus sum & humiliatus sum nimis: rugiebam a gemitu cordis mei. (2)

Piangere i proprj peccati, sospirare, ed esclamare contro di essi, non già contro le pene, colle quali Dio li punisce.

9. Domine, non te latet, sed in conspectu tuo est omne desiderium meum, & quid desiderem: nec est tibi occultus, sed bene notus continuus gemitus meus.

9. Domine, ante te omne desiderium meum: & gemitus meus a te non est absconditus.

Desiderare Iddio, e gemere sempre, fintanto che si giunga a possederlo.

10. Cor meum sic perturbatum est, ut fluctuet conscientiâ culpæ

10. Cor meum conturbatum est, de-re-

Gemere del crudele effetto delle nostre passioni, che

(1) Job xxx. 28. Psalm. xxxiv. 14. xli. 10.
(2) Job iii. 24. Isai. lix. 2.

pæ & formidine pœnæ: meque destituit fortitudo mea, & nec lux ipsa oculorum meorum mecum est præ fletu atque mœrore.

reliquit me virtus mea: & lumen oculorum meorum, & ipsum non est mecum. (1)

che turbando l'ordine del nostro cuore hanno come rovinato tutte le nostre forze, e riempiuto il nostro spirito di tenebre.

11. Qui olim mihi erant chari & sodales mei e regione mei a longe tantum appropinquaverunt mihi, & eminus constiterunt.

11. *Amici mei, & proximi mei adversum me appropinquaverunt, & steterunt.* (2)

Non ascoltare amici, nè congiunti, quando si vuole ritornare a Dio,

12 Et propinqui & amici mei a longe steterunt, seseque a me elongaverunt: & interim, qui quærebant mihi auferre animam & vitam, irruentes magnam mihi vim inferebant.

12. *Et qui juxta me erant de longe steterunt: & vim faciebant, qui quærebant animam meam.*

Nè commoversi dal vedere, ch' essi rompono l' amicizia con noi,

13. Et qui investigabant mala, quæ mihi facerent, locuti sunt contra me vana & mendacia verba, totaque die dolos excogitabant, quibus me caperent, ac perderent.

13. *Et qui inquirebant mala mibi, locuti sunt vanitates: & dolos tota die meditabantur.*

Nè riguardarli più come amici, ma come nemici, a cagione de' cattivi mezzi, de' quali si servono per impedire la nostra conversione.

14. Ego vero ita me gessi, quasi essem surdus,

14. *Ego autem tamquam sur-*

Chiudere le orecchie, e la bocca per

(1) Job xvii. 7. Psalm. vi. 8. xxx. 10. lxxxvii. 10. Thren. v. 17.
(2) Job xix. 13. 14. Psalm. xxx. 12. lxxxvii. 19.

dus, & eorum mendacia non audirem: & tacui quasi mutus, qui non aperit os suum ad loquendum.

surdus non audiebam: & sicut mutus non aperiens os suum.

per non sentire, e non dire cosa veruna, che possa diferirla un momento.

15. Et dissimulando factus sum, ut homo, qui non audiat: & qui non habeat in lingua sua redargutionis verba, quibus objecta sibi crimina confutet.

15. *Et factus sum sicut homo non audiens: & non habens in ore suo redargutiones.*

Soffrire le loro persecuzioni, e riceverle, come venute dalla mano di Dio.

16. Fui autem ut surdus & mutus, quia in te, Domine, totam spem meam & expectationem posui, exaudies ergo me, Domine, Deus.

16. *Quoniam in te, Domine, speravi: tu exaudies me, Domine, Deus meus.*

Riporre in Dio tutta la propria speranza a fine di essere esauditi.

17. Quia in te sperando, tibi dixi inter orandum: *Ne quæso aliquando gaudeant super malis meis inimici, & mihi insultent*: ipsi etenim cum vacillarent pedes mei & res meæ nutarent, adversum me magna & superba locuti sunt verba.

17. *Quia dixi*: Ne quando supergaudeant mihi inimici mei: *& dum commoventur pedes mei, super magna locuti sunt.*

Incoraggiarsi a star saldi nel bene per non essere, mutandosi vita, oggetto di godimento a' proprj nemici.

18. Et quia ego ad nova semper excipienda flagella & plagas paratus sum, & ad hoc natus & destinatus sum, dum in commotione continua versor: meusque

18. *Quoniam ego in flagella paratus sum*: (1) *& dolor meus in conspectu meo semper.*

19. *Quo-*

Acquistare questa fermezza coll' accettare le pene dovute ai nostri peccati, e con un dolore sempre presente di averli commes-

(1) Psalm. xxxiv. 15.

que dolor jugiter coram me perseverat, & numquam a me discedit;

messi.

19. Et quia semper tibi confitebor iniquitatem meam: & anxius atque sollicitus cogitabo & contristabor de peccato meo, & pro eo abolendo & sanando curam geram.

19. *Quoniam iniquitatem meam annunciabo: & cogitabo pro peccato meo.*

Accusarsene di continuo, e cercare tutti i mezzi, con cui si può sodisfare alla giustizia di Dio.

20. Cæterum inimici mei vivunt, & bene valent & robustiores facti sunt quam ego: & qui inique & sine causa me oderunt, magno numero sunt multiplicati.

20. *Inimici autem mei vivunt, & confirmati sunt super me: & multiplicati sunt, qui oderunt me inique.*

Disprezzare tutti i vantaggi temporali di coloro, che abbiamo abbandonati, e prendersi poca pena del loro odio,

21. Qui reddunt mala pro beneficiis acceceptis, mihi adversabantur & detrahebant, eo quod ego sectarer id quod bonum est & justum.

21. *Qui retribuunt mala pro bonis, (1) detrahebant mihi: quoniam sequebar bonitatem.*

E del male, che dicono di noi, perchè operiamo bene.

22. Ne, quæso, derelinquas me, Domine Deus meus: ne abscesseris & elongeris a me.

22. *Ne derelinquas me, Domine Deus meus: ne discesseris a me.*

Non far conto veruno sulla nostra perseveranza senza il soccorso di Dio.

23. Attende atque festina ad ferendum mihi auxilium, Domine Deus salvator meus.

23. *Intende in adjutorium meum, Domine Deus salutis meæ.*

Domandarglielo incessantemente, conoscendo il bisogno continuo, che se ne ha.

PSAL-

(1) Psalm. xxxiv. 12. cviii. 5.

PSALMUS XXXVIII.

Rendersi padrone della propria lingua, e in qual modo. Come si debbono ricevere le offese. L'utile, che si cava dal pensare alla brevità della vita. Gemere sul riflesso di averla malamente passata. Vivere su la terra come pellegrini.

Affaticarsi per disunirsi da tutte le cose della vita, e darsi a Dio solo.

In finem, ipsi Idithun, Canticum David.

In perpetuum decantandum, primum traditum ad canendum levitæ, & cantori Idithun, canticum Davidi inspiratum.

PROPHETA. Statui apud me ita dicens: *Observabo omnes vias gressusque actionum mearum, ne peccem lingua mea.*

Dixi: Custodiam vias meas, ut non delinquam in lingua mea.

Applicarsi in tal modo a rendersi padroni di noi stessi, che siamo finalmente padroni della propria lingua:

2. Idcirco apposui ori meo custodiam silentii, dum peccator ex adverso mei staret contra me.

2. *Posui ori meo custodiam*: (1) *cum consisteret peccator adversum me*.

Esserlo sopra tutto, quando siamo offesi.

3. Obmutui tunc, meque humiliavi, & compressi, ac silui etiam a bonis verbis defensionis meæ, ne forte prælaberer linguâ mea: & interim dolor meus interior innovatus est, magisque recruduit.

3. *Obmutui & humiliatus sum & silui a bonis: & dolor meus renovatus est*.

Esserlo non per superbia disprezzando, ma per umiltà tacendo ciò, che può giustificarci.

4. In- 4. Con- M 2 Af-

(1) Psalm. cxl. 3.

4. Incaluitque magis cor meum in medio pectoris mei: & cum mea ego mala recogito, novus semper intestinus ignis exardescet meque peruret.

4. *Concaluit cor meum intra me: & in meditatione mea exardescet ignis.*

Affliggersi non di quello, che noi soffriamo, ma dell'offesa di Dio: ardere in se stesso, non di zelo amaro, ma di un zelo santo; non del fuoco della vendetta, ma di quello della carità.

5. Tunc locutus sum quidem linguâ meâ, sed ad Deum, ita dicens tædio vitæ hujus: *Ostende mihi, Domine, terminum vitæ hujus meæ miserrimæ.*

5. *Locutus sum in lingua mea*: Notum fac mihi, Domine, finem meum.

Pensare seriamente alla brevità della vita, per consolarci ne' mali, che vi si soffrono.

6. *Et notifica mihi quis sit numerus, quantaque mensura dierum vitæ meæ, ad hoc ut sciam quid quantumque adbuc mihi superfit vitæ.*

6. Et numerum dierum meorum quis est:(1) ut sciam quid desit mihi.

Pensare parimente alla breve durata della felicità della vita presente, per distaccarsene:

7. Ecce tu brevi mensurâ comprehensibiles & breves decrevisti dies vitæ meæ: totaque mea substantia & firmitas vitæ meæ est velut nihil, & quasi non sit, coram te.

7 *Ecce mensurabiles posuisti dies meos: & substantia mea tamquam nihilum ante te.*

Pensare al niente dell'uomo, ed a ciò, che lo innalza agli occhi del Mondo, a fine di disprezzarlo:

8. Et certe omnia, quæ sunt in hoc Mundo

8. *Verumtamen universa*

Pensare alla propria incostanza,

(1) Psalm. cxviii. 84.

do vanitas sunt, & res instabiles atque fugaces: & inter cætera maxime vana res est omnis homo vivens, & subsistens in mutabili hac & instabili vita.

sa vanitas: omnis homo vivens. (1)

za, e di tutto ciò che l'attornia, a fine di non fermarvisi.

9. Ad similitudinem tantum inanis imaginis & umbræ citò evanescentis vitam hanc homo pertransit: sed & in hac ipsa momentanea vita, variarum præterea cupiditatum atque curarum tumultu continuo conturbatur inutiliter & inaniter.

9. *Verumtamen in imagine pertransit homo:* (2) *sed & frustra conturbatur.*

Pensare alla prestezza, colla quale l'uomo passa, a fine di rendersi tranquillo:

10. Congregat homo multarum opum thesauros: & nihilominus nescit, cui hæredi eos thesauros congregabit, & quis illos sit possessurus.

10. *Thesaurizat: & ignorat cui congregabit ea.* (3)

Pensare in fine alla inutilità dei travagli, che si prendono per ammassare ricchezze, a fine di sbarazzarsene.

11. Nunc ergo in tanta vanitate rerum, quid ego patienter expecto? nonne Dominum? & sane tota vitæ meæ subsistentia, firmitas atque spes apud te, Domine, reposita manent.

11. *Et nunc quæ est expectatio mea? nonne Dominus? & substantia mea apud te est.*

Fissarsi in Dio come nostro solo unico bene.

12. Ab 12. *Ab* M 3 Ac-

(1) Psalm. CXLIII. 4. (2) Psalm. LXXII. 20. 1. Corint. VII. 31.
(3) Job. XXVII. 17. Psalm. XLVIII. 12. Prover. XXVIII. 8. Eccles. II. 18. 21. 26. V. 14.

12. Ab omnibus, quæso, iniquitatibus meis libera me, Domine: jam enim ob iniquitates meas permisisti me ab homine stulto haberi dignum opprobrio & affici probris.

12. *Ab omnibus iniquitatibus meis erue me: opprobrium insipienti dedisti me.*

Accettare gli oltraggi, come un mezzo per ottenere il perdono de' nostri peccati.

13. Obmutui inter hæc probra, nec aperui os meum submurmurando, quia tu es, qui fecisti me, meque talia nuncusque pati decrevisti: sed tolle a me flagella hæc tua.

13. *Obmutui & non aperui os meum, quoniam tu fecisti:* (1) *amove a me plagas tuas.* (2)

Riceverli in silenzio, come venuti da Dio medesimo, e come un rimedio a' nostri mali.

14. Præ forti enim manus tuæ percussione ego totus defeci, jamque sum consumptus: severis tu increpationibus castigasti hominem propter propriam iniquitatem.

14. *A fortitudine manus tuæ ego defeci in increpationibus: propter iniquitatem corripuisti hominem.*

Pregare Iddio, che aggravandoci sotto il peso de' suoi gastighi, questi servano felicemente a rialzarci dalle nostre cadute,

15. Ejusque animæ desiderium habendi res caducas contabescere fecisti, sicut araneus tabescit, & humorem suum exhaurit in texenda sua tela labore inutili: & nihilominus adhuc vane, inutiliterque turbatur omnis homo.

15. *Et tabescere fecisti sicut araneam animam ejus: verumtamen vane conturbatur omnis homo.*

E ad impedirci dal turbarsi, e dal dissiparsi per lo imbarazzo di cose inutili.

16. Au- 16. *Ex-* Ge-

(1) Job. xxxix 34. (2) Job. ix. 34.

16. Audi, quæso, Domine, orationem meam & supplicationem meam atque clamorem: meisque lacrymosis precibus benignam aurem præbe.

16. Exaudi orationem meam, Domine, & deprecationem meam: auribus percipe lacrymas meas.

Gemere con tutto il cuore di aver passata la vita in vani trattenimenti, a fine di ottenere da Dio il perdono, che gliene domandiamo.

17. Ne videaris mihi obsurdescere atque silere, nullum dando benignum responsum: quia coram te advena ego sum super terram: sumque hic peregrinus, & nulla est mihi mora; sicut advenæ quoque & peregrini fuerunt omnes progenitores mei, qui jam transierunt ex hoc Mundo.

17. Ne sileas, quoniam advena ego sum apud te, (1) & peregrinus: sicut omnes patres mei.

Vivere come stranieri sulla terra, a fine d'impegnare Iddio a prendere in mano la nostra difesa,

18. Parce ergo mihi, meque relaxa a nimia perpessione dolorum atque terrorum conscientiæ, ut paululum refrigerer ab hoc æstu, & quietus respirem: antequam hinc morte discedam, & non subsistam amplius inter vivos.

18. Remitte mihi ut refrigerer, (2) priusquam abeam: & amplius non ero.

E a darci tempo di riparare per la penitenza le forze, che abbiamo perdute per lo peccato.

---

(1) I. Paralip. xxix. 15. Psalm. cviii. 19. II. Corinth. v. 6. Hæbr. xi. 13. I. Petr. xvii. 2. 11. 11. (2) Job vii. 16. x. 20. xiv. 6.

PSALMUS XXXIX.

IL niente dell'uomo, ed il grado, a cui Dio lo solleva. Abbandonarsi ai suoi disegni sopra di noi. Mezzi per giugnere alla perfezione, ch'egli da noi vuole, e per ottenere l'ajuto, di cui abbiamo bisogno.

Desiderare con fervore la perfezione, che Iddio richiede; affaticarsi per acquistarla, e affaticarvisi senza indugio.

In finem: Psalmus ipsi David.

In perpetuum decantandus Psalmus, Davidi inspiratus.

PROPHETA. Valde exspectans exspectavi Dominum mihi subventurum; & ipse inclinatus est, atque attendit ad me se exspectantem.

Expectans expectavi Dominum & intendit mihi.

Aspettare pazientemente, che piaccia a Dio d'esaudire le nostre suppliche.

2. Et precem meam atque clamorem benignus audivit: & extraxit me de miseria & calamitatibus, quasi de lacu quodam perstrepentium aquarum me obvolventium.

2. *Et exaudivit preces meas: & eduxit me de lacu miseriæ, & de luto fæcis.* (1)

Non avere altra idea di noi medesimi, che quella di un fondo di miseria, e di un abisso di fango.

3. Meque inde eductum veluti in alta rupe pedes meos constituit, ut tutus essem: meosque gressus stabilivit, ut tc-

3. *Et statuit super petram pedes meos:* (2) *& direxit gressus meos.*

4. *Et*

Ammirare la potenza, e la bontà di Dio nel rendere un tal fondo stabile nel bene, e

(1) Psalm. LXVIII. 3. (2) Psalm. XXVI. 5. LX. 3.

recte consisterem & inoffense ambularem.

e sommesso alla sua condotta,

4. Et novo hoc beneficio novum canticum dedit in ore meo: hymnum scilicet novo hoc argumento cantandum sibi Deo nostro.

4. *Et immisit in os meum canticum novum: carmen Deo nostro.*

E capace di dargli lodi, e di dargliele incessantemente.

5. Hanc mei divinitus factam liberationem videbunt multi: & hinc magis timebunt Dominum, & in eo sperabunt.

5. *Videbunt multi & timebunt: & sperabunt in Domino.* (1)

Mirar con piacere negli altri queste mutazioni maravigliose, e sperare, che Dio ne farà delle simili in noi.

6. Fœlix certe vir, cujus spes & confidentia est in Domino posita: quique non aspexit ad sectandas vanitates, & superbias atque vesanias, pompasque mendaces.

6. *Beatus vir, cujus est nomen Domini spes ejus: & non respexit in vanitates, & insanias falsas.*

Distaccarsi dalle cose del Mondo, disprezzarle, come trastulli di un insensato.

7. CHRISTUS. Multa & copiosa esse fecisti opera tua admirabilia, Domine Deus meus: & non est quisquam, qui similis sit tui in mirabilibus cogitationibus & dispositionibus tuis.

7. *Multa fecisti tu, Domine Deus meus, mirabilia tua:* (2) *& cogitationibus tuis non est, qui similis sit tibi.* (3)

Non fare alcun progetto per conto di quelle: abbandonarsi totalmente ai pensieri, e a' disegni di Dio.

8. Admirandos istos cogitatus tuos enarravi,

8. *Annunciavi & locutus*

Considerare quante grandi cose

(1) Psalm. xxxiii. 3. lxiii. 10. cxviii. 74. (2) Job. v. 9. ix 10.
(3) Psalm. xcii. 6.

vi, & locutus sum numerando, & nihilominus multiplicati sunt supra humanum numerum, & plures sunt, quam ut narrari queant.

tus sum: multiplicati sunt super numerum.

se fieno uscite dalle sue mani, ed aspettare da lui, come quelle, la nostra perfezione.

9. Tu, Domine, noluisti amplius sacrificium salutare ex animantibus, & oblationem ex rebus inanimatis secundum veterem legem, quæ per se placita non sunt tibi: sed corpus integrum ex auribus cæterisque membris aptasti mihi, tibi offerendum pro sanctificandis hominibus.

9. *Sacrificium & oblationem noluisti:* (1) *aures autem perfecisti mihi.*

Per arrivarvi, esser pronto ad ascoltare la sua parola con docilità,

10. Holocaustum ex integra victima combusta, & hostiam pro peccato non amplius petivisti, nec tibi placuerunt; impossibile est enim sanguine taurorum & hircorum auferri peccata: & tunc præfinito tempore abrogandæ legis veteris dixi: *Ecce in conceptione mea ingrediens Mundum venio.*

10. *Holocaustum & pro peccato non postulasti: tunc dixi:* ecce venio.

A fare ciò, ch' egli comanda subito, che se ne ha la cognizione.

11. *Quemadmodum in*

11. In capi-

E ad eseguirlo sen-

(1) 1. Reg. xv. 22. Psalm. xlix. 8. L. 18. Isai. I. 11, lxvi. 3. Hebr. x. 5. 8. Isai. li. 7. Jerem. xxxi. 33.

in summa & volumine libri sacrarum scripturarum scriptum est de me: venio, inquam, ut faciam, Deus meus, voluntatem tuam & placitum tibi; id quod volui libentissime, & legem tuam atque mandatum servare volui ex intimo cordis mei.

pite libri scriptum est de me, ut facerem voluntatem tuam: Deus meus, volui, & legem tuam in medio cordis mei. (1)

senza indugio, e con fedeltà.

12. In frequenti hominum congregatione bonum ego nuncium prædicavi justitiæ tuæ, tum quâ justus es, tum quâ justificas impium: ecce labia mea a tua laude & prædicatione numquam cohibebo; id quod tu, Domine, bene nosti.

12. *Annunciavi justitiam tuam in ecclesia magna*: (2) *ecce labia mea non prohibebo, Domine, tu scisti.*

Far risplendere i contrassegni della propria riconoscenza verso Iddio.

13. In animo meo non celavi justitiam tuam, quâ malis supplicia decernis, & præmia bonis: sed palam dixi & prædicavi fidelitatem tuam in minis atque promissis, & eam quam tu hominibus exhibes salutem.

13. *Justitiam tuam non abscondi in corde meo*: (3) *veritatem tuam, & salutare tuum dixi.*

Non passare sotto silenzio la sua fedeltà nelle promesse, e gli ajuti, che si sono ricevuti dalla sua bontà.

14. Nec a quovis magno hominum cœtu tuam ego reticendo abscon-

14. *Non abscondi misericordiam tuam, &*

Pubblicare senza timore l'uno, e l'altro, checche ce ne

(1) Deuter. VI. 6. Psalm. XXXVI. 31. CXVIII. 97.
(2) Psalm. XXXIV. 18. (3) Psalm. LXX. 15.

scondi misericordiam, tuamque veritatem, quâ verax es in omnibus dictis atque promissis.

& veritatem tuam a concilio multo.

ne possa costare

15. Tu igitur, Domine, ne prohibeas & ne longe abesse facias misericordias tuas a me hoc temporis: nam semper hactenus misericordia tua & promissionum tuarum veritas suâ me subventione servandum exceperunt.

15. Tu autem, Domine, ne longe facias miserationes tuas a me: misericordia tua, & veritas tua semper susceperunt me (1).

Far conto con ferma fiducia del soccorso e della misericordia di Dio nei travagli, che ci tira addosso la verità.

16. Quoniam circumquaque me nunc occupaverunt mala, quorum numerum computare nequit homo: meque comprehenderunt pœnę iniquitatum, quas veluti meas expiandas porto, & quas, ut ita dicam, non potui perspicere ac enumerare.

16. Quoniam circumdederunt me mala, quorum non est numerus: comprehenderunt me iniquitates meæ, & non potui, ut viderem.

Non perdersi di animo nel vedere, che si aumentano, e attribuirli ancora ai nostri peccati.

17. Nam multo plures factæ sunt, quam capilli capitis mei, jamque defecit in me vigor animi mei.

17. Multiplicatę sunt super capillos capitis mei: & cor meum dereliquit me.

Persuadersi, che questi sormontano nel numero i capelli del nostro capo, a fine di divenire più pazienti e più umili.

18. Placeat idcirco tibi, Domine, ut me a tantis malis liberes: Do-

18. Complaceat tibi, Domine, ut eruas me:

Rappresentare a Dio il bisogno, che noi abbiamo del

(1) Psalm. LVI. 4. LX. 8.

Domine, attende atque festina ad adjuvandum me tempestive.

19. Pudefiant & erubescant spe sua frustrati omnes pariter, qui animam, vitamque meam auferre mihi quærunt.

20. A me avertantur in fugam, & terga mihi dent, & erubescint, qui cogitant, ac volunt inferre mihi mala.

21. Reportent illico debitum sibi pudorem, qui mihi insultantes dicunt: *Vah vah.*

22. Exultent è contra ac lætentur in te tuoque favore omnes, qui te, Domine, quærunt & invocant: dicantque jugiter: *Magnus agnoscatur, & prædicetur Dominus*, ita, inquam, dicant omnes, qui semper diligunt salutem a te obti.

me: Domine, ad adjuvandum me respice.

19. *Confundantur, & revereantur simul, qui quærunt animam meam: ut auferant eam.* (1)

20. *Convertantur retrorsum, & revereantur: qui volunt mihi mala.*

21. *Ferant confestim confusionem suam: qui dicunt mihi:* Euge euge. (2)

22. *Exultent & lætentur super te omnes quærentes te: & dicant semper:* Magnificetur Dominus, (3) *qui diligunt salutare tuum.*

23. *Ego*

del suo soccorso nelle nostre infermità, e miserie per uscirne.

Ricoprire di vergogna coloro, che ci perseguitano, coll'utile che noi ritrarremo dalle loro persecuzioni.

Confondere colla nostra costanza nel bene coloro, che ci vogliono portare al male:

Coloro, che ci perseguitano, perchè non vi perseveriamo.

Cercare Iddio, e non se medesimi, prendendo il partito de' suoi servi: rallegrarsi in lui, e glorificarlo della protezione, che ha di loro.

Star

(1) Psalm. xxxiv. 4. lxix. 3. (2) Psalm. xxxiv. 21. 25.
(3) Psalm. xxxiv. 27.

tinendam, desiderantque a te salvari.

23. Cæterum ego sum egenus, & pauper, sed Dominus curam habet de me.

23. Ego autem mendicus sum, & pauper: Dominus sollicitus est mei.

Star sempre avanti Dio, come un povero, e dimostrargli i proprj bisogni.

24. Auxiliator meus, & instar scuti protector meus, atque salvator tu es, Deus meus; ne ergo tardes auxilium mihi ferre, atque salutem.

24. Adjutor meus, & protector meus tu es: Deus meus, ne tardaveris.

Rendersi degni, con questi sentimenti egualmente giusti, che necessarj, del pronto soccorso, che gli dimandiamo.

PSALMUS XL.

7. Eos in illa die mala a calamitate non liberat frater & propinquus: multoque minus alius quilibet homo liberabit eos; nec quisquam illorum sive fortium, sive divitum dabit pro se quidquam, quo Deum sibi ipse placatum reddat.

8. Neque pretium aliquod dare poterit, quo a morte redimat animam suam. Quod etsi laboraverit homo in sæculum, an vel sic & vivet adhuc in perpetuum?

9. An

5. Cur timebo in die mala? iniquitas calcanei mei circumdabit me.

6. Qui confidunt in virtute sua: & in multitudine divitiarum suarum gloriantur. (1)

7. Frater non redimit, redimet homo: non dabit Deus placationem suam.

8. Et pretium redemptionis animæ suæ: & laborabit in æternum, & vivet adhuc in finem.

9. Non

Questi consigli, e queste regole sono, di non diffidar punto della potenza, e dell'ajuto di Dio nelle avversità.

Di non confidarsi nelle proprie forze, e nei proprj beni, e nelle prosperità.

Di non attaccarsi punto alle ricchezze, poichè tutte le nostre sostanze non possono salvare la vita ad un sol' uomo.

Di disprezzare tutti i beni del Mondo, poichè essi non vagliono in paragone della vita.

Di

(1) Job xxx. 25. Psalm. lxi. 11. Marc. x. 24. 1. Timoth. vi. 17.

9. An non experietur mortem etiam dives, cum videat etiam sapientes homines mori? Verum pariter cum sapientibus insipiens quoque, ac stultus morte peribunt.

9. Non videbit interitum, cum viderit sapientes morientes (1): *simul insipiens, & stultus peribunt*. (2)

Di disprezzare la medesima vita; poichè non se ne può evitare la perdita, nè si può prolungare un momento.

10. Ejusmodi insipientes relinquent divitias suas extraneis: & sepulchra eorum erunt eis domicilia, usque ad consummationem sæculi.

10. Et relinquent alienis divitias suas: & sepulchra eorum domus illorum in æternum.

Di rinunziare alle ricchezze, poichè esse non esentano veruno dall' orrore del sepolcro;

11. Et ipsa sepulchra erunt eis habitacula in omnes subsecuturas ætates usque ad finem Mundi; licet appellaverint inaniter nominibus suis terras suas, ut sua nomina, & titulos redderent immortalia.

11. Tabernacula eorum in progenie, & progenie: vocaverunt nomina sua in terris suis.

Poichè i ricchi non avranno altro soggiorno, ed il loro nome dato da essi alle proprie signorie, non iscamperà dall'oblìo le loro persone,

12. Et ita homo, cum in honore esset ad imaginem, & similitudinem Dei creatus, non intellexit divina, & quæ sibi futura essent post mortem: præsentibus tantum belluino more intendens, comparavit se brutis pecudi-

12. Et homo, cum in honore esset, non intellexit: comparatus est jumentis insipientibus, & similis factus est illis.

Poichè le loro ricchezze non servono ad altro, che a disonorarli per una sciocca vanità, e a renderli simili alle bestie per le passioni, dalle quali sono dominati,

13. Hæc

P Poi-

(1) Psalm. LXXXVIII. 49. (2) Eccl. II. 16. Apocal. II. 26.

dibus, & assimilatus est illis.

13. Talis vivendi ratio offendiculum ipsis est, & causa ruinæ; & nihilominus post hæc facta stultissimè, de iisdem rebus ore suo sibi complacebunt, & benedicent, quasi bene, prudenterque se gesserint.

13. Hæc via illorum, scandalum ipsis: & postea in ore suo complacebunt.

Poichè le medesime non sono per essi se non un soggetto di scandalo, e di vana compiacenza ne' loro discorsi,

14. Verum ejusmodi stulti homines, sicuti stolidæ oves mactandæ ponuntur in macello; ita & ipsi positi sunt in inferno, ubi mors perpetua eos depascet, ac vorabit in sæcula.

14. Sicut oves in inferno positi sunt: mors depascet eos.

Poichè in fine l'uso, che ne fanno, non serve, che a precipitarli più facilmente nell' Inferno.

15. Et dominabuntur eis justi, cum clarum manè illuxerit sæculi futuri; & adjutorium, & robur eorum mundanum, quo nitebantur, antiquabitur, & deficiet in inferno, & a gloria illa sua temporaria expulsi sunt tandem.

15. Et dominabuntur eorum justi in matutino: (1) *& auxilium eorum veterascet in inferno a gloria eorum.*

Aggiugnere a questi consigli, ed a queste regole le altre, che seguono, cioè; preferire la giustizia nella propria miseria, e povertà a tutta la gloria de' ricchi.

16. At de illius inferni potestate Deus animam meam redimet, &

16. Verumtamen Deus redimet animam meam

Persuadersi, che Iddio può, quando gli piace, e prolun-

(1) 1. Corinth. VI. 2.

& liberabit, cum ad se me assumpserit in morte mea.

meam de manu inferi: cum acceperit me.

lungare la nostra vita, e preservarci dalla morte.

17. Noli ergo commoveri, & timere tibi cum ditatus fuerit aliquis homo; & cum multum aucta fuerit gloria domus, & familiæ illius.

17. *Ne timueris, cum dives factus fuerit homo: & cum multiplicata fuerit gloria domus ejus.*

Non esser punto toccati nè da vanità, nè da invidia per coloro, che divengono ricchi, e stabiliscono una potente famiglia.

18. Quia cum ipse morietur, non secum tollet quidquam ex omnibus, quæ hic habet; nec in infernum descendet cum eo gloria domûs ejus:

18. *Quoniam cum interierit non sumet omnia:*(1) *neque descendet cum eo gloria ejus.*

Considerare, che il fine dell'uomo rende tutto eguale: il ricco non ha niente di più; il povero nulla di meno.

19. Nam animus ejus in hac tantum ipsius vita se bene fœlicem prædicabit: qui dives tunc solum laudabit te, ò homo, cum ipsi benefeceris.

19. *Quia anima ejus in vita ipsius benedicetur:* (2) *confitebitur tibi, cum benefeceris ei.*

Non giudicare della felicità della vita presente, nè per l'abbondanza, nella quale vivono i ricchi, nè per i riguardi, che si hanno per loro:

20. Sed demum tandem moriens intrabit ad generationem patrum suorum jam mortuorum; & in æternum usque lucem non videbit nec præsentis vitæ, nec futuræ.

20. *Introibit usque in progenies patrum suorum: & usque in æternum non videbit lumen.*

Giudicarne all' opposto per le disgrazie, che sopravvengono a questi ricchi voluttuosi dopo la loro morte.

21. Homo cum in ho-

21. *Homo, cum*

Giudicarne final-

(1) Job XXVII. 19.

(2) Deuter. XXIX. 19.

honore esset ad imaginem, & similitudinem Dei creatus, non intellexit divina, & quæ sibi futura essent post mortem: præsentibus tantum belluino more intendens, comparavit se brutis pecudibus, & assimilatus est illis.

cum in honore esset, non intellexit: comparatus est jumentis insipientibus, & similis factus est illis.

nalmente per la loro cecità, ed orgoglio, per le passioni brutali, nelle quali essi vivono, e per una morte simile, come la loro vita, a quella delle bestie.

PSALMUS XLIX.

Le circostanze del finale giudizio, e ciò che bisogna fare per renderselo favorevole. Quali sono i sacrificj, che Iddio richiede da noi. Quali sono le cose, per le quali Dio rigetta il culto, che gli rendiamo. Vegliare sopra le prime sregolatezze per non cadere nelle estreme; ed applicarsi totalmente ad acquistare la purità, che renderà il nostro culto grato a Dio.

Essere nel corso della vita una vittima immolata alla giustizia di Dio, per essere eternamente l'oggetto della sua misericordia.

Psalmus Asaph.

Psalmus inspiratus, aut ad cantandum traditus Asapho levitæ primicerio cantorum.

Propheta. Dominus, qui est Deus omnium judicum, qui dii quidam terrestres appellantur, locutus est, & ad judicium suum voca-

Deus Deorum Dominus locutus est, & vocavit Terram.

Seguire i saggi consigli, e le regole sante, che Iddio ci dà per mezzo dei ministri della sua parola, a fine di

cavit habitatores Terræ,

di comparire con fiducia al suo giudizio,

2. Ab Oriente trahens omnes usque in Occidentem: ex superna Sion apparebit species pulchritudinis ejus.

2. *A Solis Ortu usque ad Occasum: ex Sion species decoris ejus.* (1)

Per non tremare alla vista dello splendore della sua maestà, ed in presenza di tutti gli uomini uniti insieme per essere giudicati secondo i loro meriti.

3. Deus enim manifeste cum gloria, ac majestate veniet: nec diu Deus hic noster tacebit; sed cito peccata redarguet, ac vindicabit.

3. *Deus manifeste veniet: Deus noster, & non silebit.*

Profittare felicemente del suo silenzio, stando alla sua presenza, quando noi non lo vediamo, a fine di non restare sbigottiti nè da' suoi sguardi nè dalle sue parole.

4. Ignis coram eo ardebit, Mundumque exuret: & circa ipsum valida tempestas erit.

4. *Ignis in conspectu ejus exardescet:* (2) *& in circuitu ejus tempestas valida.*

Prevenire per lo fuoco di una ardente carità, e per una santa tranquillità questo fuoco divoratore, e questa furiosa tempesta, che annunzieranno la sua venuta.

5. Advocabit in testes justitiæ suæ Cœlum desursum, ac Terram, ut dijudicet populum suum

5. *Advocabit Cœlum desursum,* (3) *& Terram discer-*

Ammirare la potenza di Dio sul Cielo, e sulla Terra:

 Sul-

(1) Psalm. XLVII. 4. (2) Psalm. XCVI 3.
(3) Deuter. XXX. 19. XXXII. 1. Psalm. LXXV. 9. Isai. I. 2.

suum.

scernere populum suum.

6. Congregate ergo ad eum, ò Angeli, cunctos Fideles, qui sanctimoniam vitæ profitentur: quique dispònunt, & feriunt pactum cum eo super offerendis sacrificiis.

6. Congregate illi sanctos ejus; qui ordinant testamentum ejus super sacrificia.

Sulla terra; dal seno della quale egli ritirerà i suoi Santi, ch' essa teneva in se racchiusi, e li adunerà insieme, per dispersi che sieno stati:

7. Et tunc cœlites ipsi annunciabunt ejusdem Dei justitiam: nam Deus est judex, qui nec falli potest, nec fallere.

7. Et annunciabunt Cœli justitiam ejus: (1) *quoniam Deus judex est* (2).

Sul Cielo, che annunzierà co' segni, che vi compariranno, il suo formidabile giudizio.

8. DEUS JUDEX. Popule mi, ausculta, & ego ad te loquar: audi, popule Israelitice, teque contestabor: Deus Deus tuus ego solus sum.

8. Audi populus meus, & loquar (3) *Israel, & testificabor tibi: Deus Deus tuus ego sum.*

Ascoltare con attenzione, e con profondo rispetto le parole di un Dio sì grande, e sì terribile.

9. Non propter carnalia sacrificia tua neglecta, te nunc arguam: nam sacrificia illa tua, in quibus victima tota crematur, sunt coram me perpetuò.

9. Non in sacrificiis tuis arguam te: holocausta autem tua in conspectu meo sunt semper.

Imparare dalla sua bocca, ch'egli non ci domanda sagrifizj di carne, e di sangue:

10. Non ego suscipiam tamquam rem non meam vitulos domus tuæ, quos mihi sacri-

10. Non accipiam de domo tua vitulos, (4) *neque*

Ma un sagrifizio totale di noi medesimi,

Per

---

(1) Psalm. XXI. 32. XCVI. 6. (2) Psalm. LVII. 12.
(3) Psalm. LXXX. 9. (4) Michæ. VI 6. 7.

crificâveris;nec gregum tuorum hircos, quos mihi immolaveris, fuscipiam quasi antea mei non fuissent.

què de gregibus tuis hircos.

11. Mea sunt enim animalia omnia sylvarum: meæ sunt pecudes in montibus, ac boves.

11. Quoniam meæ sunt omnes feræ sylvarum: jumenta in montibus, & boves.

Per la mortificazione del nostro corpo,

12. Novi ego mei juris esse aves omnes in aereo cœlo volitantes: & quicquid pulchrum est in quovis agro, meum est, & in potestate mea.

12. Cognovi omnia volatilia Cœli: & pulchritudo agri mecum est.

Per l' umiliazione continua del nostro spirito,

13. Si fieri posset, ut ego esurirem, non dicerem tibi, ut dares mihi aliquid ad edendum: meus enim est totus Orbis Terræ, & mea sunt omnia, quibus ipse Mundus plenus est.

13. Si esuriero, non dicam tibi: meus est enim Orbis Terrę, & plenitudo ejus. (1)

Per un attestato sincero, che il tutto appartiene a Lui; e che noi non abbiamo cosa veruna, che non sia dono della sua liberalità,

14. Numquid ego comesurus sum carnes taurorum, quos mihi immolas? aut hircorum sanguinem bibiturus, quem in libaminibus victimarum mihi offers?

14. Numquid manducabo carnes taurorum? aut sanguinem hircorum potabo?

Pel riconoscimento della nullità di tutti i nostri beni, essendo egli medesimo la pienezza di tutti i beni;

15. Et- *15. Im-* P 4 Pel

(1) Psalm. xxiii. 1.

15. Ergo potius mihi offer ceu sacrificium spirituale, laudem gratiarumque actionem ex intimo corde tuo: mihique Altissimo tua redde, & imple vota, quæ promisisti, ut mihi cultum exhiberes, & obedientiam.

15. *Immola Deo sacrificium laudis:* (1) *& redde Altissimo vota tua.* (2)

Pel disprezzo di tutte le cose, a fine di non istimare, nè lodare altro che Lui;

16. Et tunc cum vota persolveris, & laudem, me fidenter invoca in quovis tempore tribulationis tuæ: & ego ex ea eximam te, meque magis, ac magis tu glorificabis.

16. *Et invoca me in die tribulationis:* (3) *eruam te, & honorificabis me.*

Per una ferma confidenza nel suo ajuto in tutte le nostre afflizioni; e per l'umile rendimento di grazie, per avercene liberati.

17. PROPHETA. Peccatorem autem Deus ita allocutus est. DEUS. Ad quid, & ob quam utilitatem tuam tu, homo peccator, semper narras, & prædicas facienda justa præcepta mea? & cur semper assumis in ore tuo legem meam, quam disposui populo meo facto fœdere cum eo?

17. *Peccatori autem dixit Deus: quare tu enarras justitias meas, & assumis testamentum meum per os tuum?*

Imparare ancora dalla sua bocca e la purità, colla quale Ei vuole esser servito; e chi sono coloro, de' quali rigetta la servitù, ed il culto.

18. Cum tu interim animo tuo odio habueris institutionem vitæ bene moratæ: & mea ver-

18. *Tu vero odisti disciplinam: & projecisti sermones meos*

Temere di noi stessi, che non siamo di questo numero, a cagione del

(1) Oseæ XIV. 3. Hebr. XIII. 15.
(2) Psalm. LV. 13. LX. 9. LXV. 13. CXV. 14. 18.
(3) Job XXII. 27.

verba, ac jussa contemnendo projeceris post tergum tuum.

meos retrorsum.

del nostro poco amore per le afflizioni, e della nostra poca cura di leggere, e meditare i libri utili alla salute:

19. Tu, si furem aliquem videbas, statim consentiens unâ cum eo currebas ad furandum: & unâ cum iis, qui alienas solent uxores stuprare, partem tuam ponebas, socius eorum factus, & particeps.

19. *Si videbas furem, currebas cum eo, & cum adulteris portionem tuam ponebas.*

A cagione della nostra unione coi libertini, quantunque noi non cadiamo nei loro delitti:

20. Os tuum abundanter plenum erat maledicentia: & lingua tua artificiose aptabat fraudem ad decipiendum.

20. *Os tuum abundavit malitia: & lingua tua concinnabat dolos.*

A cagione della compiacenza di sentire la detrazione, benchè noi evitiamo la maldicenza:

21. Cum aliis improbis sedens, detrahebas de fama fratris, & cognati tui: & contra ipsum quoque fratrem tuum uterinum fabricabaris opprobrium, & ita ponebas ei offendiculum, in quod impingeret inopinate: hæc tu mala fecisti, & ego nuncusque dissimulavi tacens.

21. *Sedens adversus fratrem tuum loquebaris, & adversus filium matris tuæ ponebas scandalum: hæc fecisti, & tacui.*

A cagione della facilità di lasciarci trasportare ai motteggi, stando attenti nulladimeno a non dir niente contro la riputazione.

22. Exi- 22. *Exi-* Guar-

22. Existimasti per summam iniquitatem futurum me similem tui, ac probaturum mala tua: sed demum tandem coarguam te, tuaque peccata proponam, atque constituam ante oculos tuos.

22. *Existimasti iniquè, quod ero tui similis: arguam te, & statuam contra faciem tuam.*

Guardarsi da questi primi sregolamenti, che ci gettano insensibilmente in quegli altri, i quali Dio sì altamente condanna,

23. PROPHETA. Intelligite hæc vos, qui obliviscimini Deum, & securè peccatis, ac si Deus non esset: ne aliquando ille vos inopinate a præsenti vita rapiat ad mortem æternam, cum & non sit, qui vos liberet a potenti manu Dei.

23. *Intelligite hæc, qui obliviscimini Deum: ne quando rapiat, & non sit, qui eripiat.*

E minaccia di punire sì severamente.

24. DEUS. Sacrificium spirituale laudis gratiarumque actionis me apud homines glorificabit: & in eo genere sacrificii spiritualis est via, quâ demum ejusmodi immolanti ostendam, atque exhibebo salutem illam meam summam, ac sempiternam in Cœlo.

24. *Sacrificium laudis honorificabit me: & illic iter, quo ostendam illi salutare Dei.*

Vegliar piuttosto, e porre tutte le nostre cure ad acquistare la purità, che gli rende gradite le nostre lodi, e il nostro culto, e che sarà seguita dalla vista di Dio, non come di giudice, ma come di Salvatore.

PSALMUS L.

Riconoscere di esser un gran peccatore, e il gran bisogno, che si ha della misericordia di Dio. Geme-

mere per essere stato reo prima di nascere. Gemere de' proprj peccati, accusarli, detestarli, e farne penitenza. Invocare lo Spirito santo; desiderare di esserne ricolmi per farla proporzionata ai nostri peccati. Sacrificare a Dio per la penitenza tuttociò, che si ha di più caro; aggiugnervi il sacrifizio di lodi, e di ringraziamenti.

Rendere a Dio mediante la penitenza tuttociò, che a lui si è rapito per il peccato.

In finem: Psalmus David: cum venit ad eum Nathan propheta quando intravit ad Bethsabee.

Psalmus in perpetuum decantandus, Davidi inspiratus, cum ad eum venisset Nathan propheta, posteaquam ingressus fuerat ad Bethsabee uxorem Uriæ.

PROPHETA. Miserere mei Deus pro magna misericordia tua.	*Miserere mei Deus: secundum magnam misericordiam tuam.*	Riconoscersi per gran peccatore, che ha bisogno di una gran misericordia.
2. Et juxta multitudinem illam miserationum tuarum tot tantisque peccatoribus exhibitarum, dele iniquitatem hanc meam.	2. *Et secundum multitudinem miserationum tuarum: dele iniquitatem meam.* (1)	Sentir vivamente questo bisogno, e domandare a Dio con ardore, che scancelli i nostri peccati in tal guisa, che non ne apparisca più niente agli occhi suoi.
3. Me plus plusque lava a maculis iniquitatis meæ, & a meo me	3. *Amplius lava me ab iniquitate mea: &*	Che ce ne lavi, e mondi in tal maniera, che non ne

(1) II. Regum XI. 4.

me peccato purga.

4. Nam serò licet, ecce jam agnosco ego meam illam iniquitatem, atque confiteor: & peccatum illud meum jugiter est coram oculis mentis meæ, illudque dolenter considero.

5. Scilicet quod in te Deum solum, & verum peccaverim contemnendo mandata tua, & quod malum illud coram te omnia aspiciente fecerim, turpissimâ contumeliâ in te: sed miserere, quæso, dele, lava, & munda me; nam inde fiet, ut tu justus, & verax appareas in verbis tuis, quibus veniam promisisti peccatoribus ad te conversis; & ita fiet, ut tu vincas causam, si judicium de te fieret ab hominibus, an servans esses promissi.

6. Miserere mei, nam ecce ego ab exordio ipso mei cum iniquitatum omnium primâ

& a peccato meo munda me.

4. *Quoniam iniquitatem meam ego cognosco: & peccatum meum contra me est semper.*

5. *Tibi soli peccavi, & malum coram te feci: ut justificeris in sermonibus tuis, & vincas cum judicaris.* (1)

6. *Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum: & in pecca-*

ne sia più in noi alcuna macchia.

Riconoscerli da per noi, perchè egli non li veda più: averli di continuo presenti, perchè egli se ne dimentichi.

Confessarli tali quali essi sono, senza dissimular niente: dichiararli in quella guisa, ch'egli li conosce.

Entrare in una santa confusione di essere stati colpevoli anche prima

(1) Rom. III. 4.

mâ & originali conceptus sum, factusque sum pronus ad peccandum: & mea me mater concepit, atque peperit vitiatum, & corruptum originali peccato, quod caput, & fons est omnium peccatorum.

7. Nam & ecce tu solitus fuisti semper diligere veracem ex intimo corde confessionem peccatorum: qui mihi ingrato manifestaveras olim etiam incognita illa, & arcana decreta sapientiæ tuæ.

8. Asperge tu me, Domine, intimâ aspersione, ceu externo illo sacerdotali hyssopo tincto in sanguine, & ita ego mundus ero: lava tu me intime, & ego plus quam sit alba nix, dealbatus efficiar.

9. Auditum mihi facito gaudium, & lætitiam: & ossa, & robora mea depressa, atque confracta, tunc ex diffuso gaudio exultabunt.

10. Ver-

catis concepit me mater mea.

7. *Ecce enim veritatem dilexisti: incerta & occulta sapientię tuę manifestasti mihi.*

8. *Asperges me hyssopo & mundabor:* (1) *lavabis me, & super nivem dealbabor.* (2)

9. *Auditui meo dabis gaudium & lætitiam: & exultabunt ossa humiliata.*

10. *Aver-*

ma di nascere.

Penetrare il fondo di questa gran verità, che i più gran lumi da se non bastano per non cadere negli eccessi più enormi.

Nè meno a mondarcene, quando ne siamo imbrattati: mentre l'umile penitenza è quella, che produce sì buoni effetti.

Ella è, che ci fa sentire l'allegrezza, a misura dell'afflizione; e che dà le forze a proporzione, che si conosce la propria

(1) Levit. xiv. Numer. xix. (2) Isai. I. 18.

pria debolezza ,

10. Verte faciem tuam a respiciendo peccata mea, omnesque iniquitates meas funditus absterge .

10. Averte faciem tuam a peccatis meis : & omnes iniquitates meas dele .

Ella è , che frastorna gli occhi di Dio dalla vista dei nostri peccati ; e fa , ch'egli ce li scancelli .

11. Crea mihi , tu Deus, animum mundum remotâ sorde peccati : & intra viscera mea , ablatâ distortione , spiritum directum , & stabilem renova .

11. Cor mundum crea in me Deus : & spiritum rectum innova in visceribus meis .

Ella è , che purifica il cuore dall' amore delle cose create , e che rimette lo spirito in tutta la sua rettitudine .

12. Ne me projicias velut iratus a præsentia tua; & Spiritûs sancti tui inspirationes, & afflatus ne auferas a me.

12. Ne projicias me a facie tua: & spiritum sanctum tuum ne auferas a me .

Desiderare gli effetti di un'umile penitenza ; temer sempre , ch'ella non sia sufficiente , domandare di continuo la presenza dello spirito di Dio per distruggere il nostro;

13. Restitue mihi lætitiam illam , quam habueram de salvatione a te mihi conferenda : & Spiritûs sancti potenti dono, quod regendæ animæ meæ regium principatum teneat, me infirmum fac firmum , ne rursus cadam .

13. Redde mihi lætitiam salutaris tui : & spiritu principali confirma me .

Per avere la consolazione, e la forza di superare tutti gli ostacoli alla nostra perfetta conversione ,

14. Si tecum in gratiam reconciliabor, docebo ego meo exemplo,

14. Docebo iniquos vias tuas : & impii ad

E d' indurre al bene per gli nostri buoni esempli que i,

plo, & scripto hoc, peccatores alios vias rationesque redeundi ad te per pœnitentiam: & ita impii abs te alieni revertentur ad te.

ad te convertentur.

quei, che abbiamo indotto al male coi cattivi.

15. A reatu homicidii, quo sanguis Uriæ jussu meo effusus est, libera me Deus, Deus salvator meus: & cum a tanto reatu me absolveris, lingua mea cum exultatione laudabit justitiam tuam, quâ homines ex injustis justos facis.

15. *Libera me de sanguinibus, Deus, Deus salutis meæ: & exultabit lingua mea justitiam tuam.*

Domandare a Dio, ch'egli scancelli in noi tutte le imagini, e rappresentazioni carnali, perchè nulla c'impedisca di lodarlo con quella purità, ch'esso richiede:

16. Domine, rursus aperi labia mea dando novam materiam te laudandi novâ hac reconciliatione: & os meum animo grato annunciabit omnibus laudem tuam, potius quam externum tibi offeram sacrificium.

16. *Domine, labia mea aperies: & os meum annuntiabit laudem tuam.*

Ch' egli apra perciò le nostre labbra; poichè senza di lui non potremmo pregare, come si dee.

17. Nam si pro expiatione peccati potissimum voluisses, & exegisses sacrificium aliquod externum, obtulissem sane illud; sed sacrificia illa etiam in quibus victima tota crematur, non per se tibi pla-

17. *Quoniam si voluisses sacrificium, dedissem utique: holocaustis non delectaberis.* (1)

Non contentarsi di sagrificare a Dio ciò ch'è fuori di noi, e che costa poco; ma ciò che abbiamo di più caro,

18. Sa- Il

(1) Psalm. xxxix. 7. xlix. 8. 14. Isai. I. 11. Jerem. vii. 22.

placent, nec iis solis tu delectaris.

18. Sacrificium autem tibi Deo gratum principaliter est spiritus, & animus hominis seipsum affligens,& confringens præ dolore peccati: animam sese dolore confringentem, & conterentem, seseque reatus sui confessione humili dejicientem, tu, Deus, nunquam es aspernaturus.

19. Tandem, Domine, pro bona tua voluntate benefac quoque civitati huic Sion, ne propter me regem ejus peccatorem deseras eam: quin sicuti cœptum est, fac ut extruantur, & ad perfectionem usque perducantur muri ejusdem civitatis Jerusalem.

20. Tunc cum benefeceris & mihi, & civitati huic, resque omnes fuerint tranquillæ, atque pacatæ, acceptum habebis sacrificium quodvis justum, & rectum; & oblationes

18. Sacrificium Deo spiritus contribulatus: cor contritum, & humiliatum, Deus, non despicies.

19. Benigne fac, Domine, in bona voluntate tua Sion: ut ædificentur muri Jerusalem.

20. Tunc acceptabis sacrificium justitiæ, oblationes, & holocausta: tunc imponent super altare tuum

Il proprio spirito, ed il proprio cuore coll'umiliazione, e col dolore.

Pregarlo di darci la grazia, che fondi, e riduca a perfezione in noi l'edifizio della nostra santificazione; e quella di cooperarvi.

Offerirgli un sagrifizio di lode, e di ringraziamenti con un cuore tutto incendiato dal suo amore.

(1) Isai. LVII. 15. LXVI. 2.

nes acceptabis, & holocausta; & illo tunc tempore beneficentiæ tuæ Israelitæ omnes ex Fide, ac pietate animi sui, vitulos tibi immolandos imponent super istud altare tuum hujus civitatis tuæ sanctæ Jerusalem.

tuum vitulos.

PSALMUS LI.

Le disavventure di coloro, che hanno gusto di far male al prossimo, e le pene colle quali Iddio li punirà. Temere per noi, vedendo peccare gli altri. Temere tutti gli avanzamenti del Mondo, che sono la cagione de' più enormi peccati, per l'abuso, che se ne fa. Affaticarsi per acquistare le virtù. Vivere in una perfetta rassegnazione in tutto ciò, che piacerà a Dio disporre di noi.

Compiacersi di non esser niente considerati nel Mondo, a fine di non cadere nelle miserie, ove l'innalzamento precipita sì ordinariamente.

In finem, intellectus, David: cum venit Doëg Idumæus, & nunciavit Sauli;

Venit David in domum Achimelech.

Psalmus in perpetuum decantandus, plenus intelligentiæ inspiratus Davidi: cum venisset Doëg Idumæus, & annunciasset Sauli regi, & dixisset ei: *David fugiendo a te, venit in domum Achimelech sacerdotis, & ab eo accepit panes & gladium Goliath*: ob quam Doëg proditionem Saul iratus, occidit primùm LXXXV. sacerdotes

tes, deinde & cunctos sacerdotalis civitatis Nobe viros, mulieres, parvulos, asinos, & boves.

Propheta. Quare, o proditor, Doëg gloriaris in tua animi malignitate, qui potens quidem factus es in regia Saulis, sed per iniquitatem? in qua iniquitate fuisti per singulos dies.

Quid gloriaris in malitia, qui potens es in iniquitate?

Compiangere l' infelicità di coloro, che non impiegano la loro potenza, se non per far male a quei, che loro non piacciono:

2. Lingua tua cōgitatè locuta est, quod erat injustum, & insidias: tamquam acuta novacula, quæ debeat radere barbam, & jugulum secet; sic tu præter expectationem fecisti dolum.

2. *Tota die injustitiam cogitavit lingua tua! sicut novacula acuta fecisti dolum.*

Che non pensano ad altro, che a rovinare astutamente la loro riputazione:

3. Dilexisti malum magis, quam bonum, & dilexisti magis loqui quod injustum erat, quam quod justum, & æquum.

3. *Dilexisti malitiam super benignitatem: iniquitatem magis quam loqui æquitatem.*

Che non si compiacciono, se non di calunnie, e d' ingiustizie:

4. Dilexisti omnia verba, quæ possent præcipitare, & demergere innocentes homines in mortem per tuam linguam dolosam.

4. *Dilexisti omnia verba præcipitationis linguâ dolosâ.*

Che sono sempre i primi a dire il male, che fanno; e che dicono del bene nel tempo stesso per insinuare dolcemente il male:

5. At propter hæc Deus destruet te in sem-

5. *Propterea Deus destruet te*

Compiangere, dissi, la loro infeli-

sempiternum: teque evellet de habitaculo tuo, & inde te emigrare faciet; immo te, tuamque stirpem radicitus evellet de Terra viventium.

te in finem: evellet te & emigrabit te, de tabernaculo tuo, & radicem tuam de terra viventium.

licità, poichè Iddio distruggerà ed essi, e la loro posterità, senza che ne rimanga niente sulla Terra.

6. Videbunt hujus proditoris divinam ultionem homines justi, & magis timebunt Dominum judicem justum, & super illum proditorem ridebunt, & secum invicem dicent: *Ecce quo tandem devenit homo iste proditor, qui spem suam totam non reposuit in Deo, ut sibi ille esset adjutor.*

6. *Videbunt justi & timebunt*, (1) & *super eum ridebunt, & dicent*: Ecce homo, qui non posuit Deum adjutorem suum.

Temere l'ira di Dio sopra de' peccatori, vedendo, che noi siamo capaci delle stesse miserie.

7. *Sed potius spem suam posuit in multis divitiis suis: seque contra innocentes validum, ac potentem fecit per sua vana mendacia, atque insidias.*

7. Sed speravit in multitudine divitiarum suarum: & prevaluit in vanitate sua.

Temere le ricchezze, temere l'autorità, poichè sì eccessivamente ce ne possiamo abusare.

8. At ego ab illo proditus, non ut ille eradicabor: sed firmissime radicabor in domo Dei, ceu virens olea, atque fructifera, quia

8. *Ego autem sicut oliva fructifera in domo Dei*: (2) *speravi in misericordia Dei in*

Affaticarsi a produrre frutti di mansuetudine, e di carità: sperare da Dio questa grazia, e domandargli-

Q 2

(1) Psalm. xxiii. 10.

(2) Osee xiv. 7.

quia non in divitiis, & mendaciis, sed in Dei misericordia spem meam posui: ibique ero in æternum usque, & in omnia sæcula.

in æternum, & in sæculum sæculi.

gliela umilmente.

9. Profitebor igitur tibi, Domine, debitas laudes usque in æternum, quòd hæc justa judicia feceris: patienterque posthac expectabo divinum Numen tuum auxilio mihi adfuturum; quia id beneficum, & benignum est coram oculis sanctorum tuorum, non in rebus vanis, atque caducis, sed in te Deo sperantium.

9. Confitebor tibi in sæculum, quia fecisti: & expectabo nomen tuum; quoniam bonum est in conspectu Sanctorum tuorum.

Sottometterfi a tutto ciò che a Dio piacerà disporre di noi; rendergli grazie di tutto, ed aspettare con pazienza gli effetti della sua bontà, e della sua protezione.

PSALMUS LII.

Senza la Fede non v'è nè vera sapienza, nè utile purità di costumi. Esaminare, se nelle nostre azioni cerchiamo di piacere a Dio, o a gli uomini. Non aspettare se non da lui solo la grazia di farle bene.

Credere, e comporre i proprj costumi su le regole della Fede.

In finem, pro Maeleth, intelligentiæ, David.

Psalmus in perpetuum decantandus per chorum, sive pro choræa; plenus intelligentiæ inspiratus Davidi.

Propheta. Homo stul-

Dixit insipiens

Conservare di-li-

ſtultus, & amens cogitavit, & dixit animo ſuo; quod non ſit Deus.

piens in corde ſuo; non eſt Deus. (1)

ligentemente la Fede, e riguardarla come regola della vera ſapienza, e della purità de' coſtumi.

2. Sed & cæteri quoque homines per Adæ peccatum vitiati, ſe, ſuaſque vias valde corruperunt, abominabileſque Deo facti ſunt ob iniquitates ſuas: nec eſt quiſquam hominum, qui ſuis viribus faciat id quod bonum eſt ſecundùm Deum.

2. *Corrupti ſunt & abominabiles facti ſunt in iniquitatibus: non eſt qui faciat bonum.*

Perſuaderſi vivamente, che ſenza di lei l'uomo non è, che un'inſenſato.

3. Deus de Cœlo proſpexit ſuper filios hominum in Terra, ut videret ſi eſſet aliquis homo, qui intelligeret, & agnoſceret Deum eique placere perquireret.

3. *Deus de Cœlo proſpexit ſuper filios hominum: ut videat ſi eſt intelligens, aut requirens Deum.*

Riguardarſi col lume, col quale Iddio ci riguarda, a fine di conoſcere, ſe egli è Dio, che noi cerchiamo, oppure noi ſteſſi nel bene, che facciamo:

4. Et ecce vidit, quod omnes homines deflexerint, & averterint ſe ab ipſo: & cuncti pariter iniquitatibus adhærentes, inutiles effecti ſint, & inepti ad

4. *Omnes declinaverunt, ſimul inutiles facti ſunt: non eſt qui faciat bonum, non eſt uſque ad unum.*

Conſiderare eſattamente il tenore della noſtra vita: temere, che eſsa non ſia inutile, o per non far il bene, o per far-

Q 3

(1) Pſalm. XIII.

ad opera bona, Deo digna; & quod non sit quisquam hominum, qui suis viribus faciat id quod bonum est secundùm ipsum Deum: & non sit talis, ne unus quidem.

num.

farlo malamente.

5. Verum numquid non aliquando tandem Deum agnoscent omnes, qui faciunt, quod iniquum est? Qui populum, qui mecum est, deprædantes devorant, ac si famelici comederent escam panis,

5. Nonne scient omnes, qui operantur iniquitatem, qui devorant plebem meam ut cibum panis?

Esaminare se siamo fra coloro, i quali divorano il popolo di Dio, o sia nel motteggiarlo sulla pietà, o sia nel frastornarlo dal bene.

6. Hi Dominum non invocaverunt in necessitatibus suis: quapropter, & vano quoque timore ibi timuerunt, exterriti sunt, atque obstupuerunt, ubi vera timendi causa non erat.

6. Deum non invocaverunt: illic trepidaverunt timore, ubi non erat timor.

Esaminare altresì, se cadiamo mai sulla diffidenza circa la provvidenza di Dio;

7. Et merito, nam consuevit Deus disperdere, ac dissipare robora viresque studentium placere sibi & hominibus, & non Deo; qui humani favoris spe tandem frustrati, pudore, ac rubore suffusi sunt, eo quod Deus nihili fecerit, & proje-

7. Quoniam Deus dissipavit ossa eorum, qui hominibus placent: confusi sunt, quoniam Deus sprevit eos.

Se perdiamo il frutto delle buone opere, e se ci rendiamo avanti Dio oggetto di disprezzo, e di orrore, cercando di piacere solamente agli uomini.

8. Quis

Non

jecerit eos.

8. O utinam quis det, & emittat de monte Sion Salvatorem Israelis! nam cum Dominus captivum populum suum Israeliticum a prædatorum suorum captivitate in patriam reduxerit: tunc Jacobi patriarchæ progenies exultabit gaudio, populusque Israeliticus lætabitur, ab omnium ereptus servitute malorum.

8. *Quis dabit ex Sion salutare Israel? cum converterit Deus captivitatem plebis suæ, exultabit Jacob, & lætabitur Israel.*

Non aspettare se non da Dio il soccorso necessario per uscire dalle nostre miserie, per servirlo con Fede viva, e intenzione pura, e farne tutto il nostro piacere.

PSALMUS LIII.

Sentire il peso della propria miseria, e della propensione al male, e la potenza de' demonj, che a quello ci portano. Gemere su queste miserie. Pregare fervorosamente per esserne liberati; e sagrificarsi a Dio per amor suo, e per la riconoscenza de' beni, che ne abbiamo ricevuti.

Esclamare verso Dio, ed esclamare incessantemente, poichè noi sempre siamo su'l punto di soccombere sotto la potenza de' nostri nemici.

In finem, in carminibus, intellectûs, David, Cum venissent Ziphæi, & dixissent ad Saul:

Nonne David absconditus est apud nos?

Psalmus in perpetuum decantandus cum instrumentis musicis carminum, plenus intelligentiæ, inspiratus Davidi: quando cum ipso se abscondisset in deserto Ziph,

venerunt Ziphæi, & prodiderunt eum Sauli regi dicentes: *Nonne ecce David latitat apud nos in locis tutissimis sylvæ in colle Hachila, quæ est ad dexteram deserti? nunc ergo sicut desideravit anima tua, ut descenderes, descende: nostrum autem erit, ut tradamus eum in manus tuas.*

PROPHETA. Deus, in divino tuo nomine, atque auxilio salva me de manibus Saulis, & in tua fortitudine fac pro me judicium, liberando me innocentem ab hoc persecutore meo.	*Deus, in nomine tuo salvum me fac, & in virtute tua judica me.*	Sentire il peso della propria miseria, e propensione al male, e domandare a Dio l'ajuto della sua grazia per non soccombervi.
2. Deus, exaudi hanc orationem meam: & præbe benignas aures supplicibus his verbis oris mei.	2. *Deus, exaudi orationem meam: auribus percipe verba oris mei.*	Pregare con ardore, piangendo il proprio stato.
3. Quia Ziphæi isti a me animo suo alieni, insurrexerunt adversum me, & viri robusti animam, vitamque mihi eripere quæsierunt: teque justum judicem Deum non posuerunt ante oculos mentis suę.	3. *Quoniam alieni insurrexerunt adversum me,* (1) *& fortes quæsierunt animam meam, & non proposuerunt Deum ante conspectum suum.*	Rappresentargli la potenza de' nemici interni, ed esterni, che ci opprimono.
4. Sed ecce Deus auxiliatur mihi: & ex adverso illorum, Domi-	4. *Ecce enim Deus adjuvat me: & Dominus*	Riconoscere, che da Dio riceviamo le forze per re-

(1) Psalm. LXXXV. 14.

minus est defensor animæ, & vitæ meæ ne corruam.

nus susceptor est animæ meæ.

resistere loro.

5. Justo judicio tuo, Domine, avertes a me, & retorquebis in inimicos hos meos mala, quæ in me cogitaverant: & pro tua justitia, & fidelitate veracium promissorum tuorum funditus perde illos.

5. *Averte mala inimicis meis: & in veritate tua disperde illos.*

Entrare in un santo furore contro questi nemici della nostra salute: chiedere a Dio, che li precipiti in tali temporali miserie, che per mezzo delle medesime abbiano da confondersi; riflettendo alle infinitamente maggiori, nelle quali ci volevano sommergere insieme con essi col portarci al peccato.

6. Id cum tu feceris, ego sponte promptoque animo tibi sacrificia offeram, debitasque laudes profitebor divino Numini tuo, & eo quòd bonum sit, ac per se amandum.

6. *Voluntarie sacrificabo tibi, & confitebor nomini tuo, Domine, quoniam bonum est.* (1)

Fare a Dio un sagrifizio totale di noi medesimi, più perchè egli è buono, che a cagione del bene, che ne riceviamo.

7. Et præterea, quòd a tribulatione omni quacumque me liberaveris: & oculus meus jam ab alto securè tutoque respexit in inimi-

7. *Quoniam ex omni tribulatione eripuisti me: & super inimicos meos despexit oculus meus.*

Avere presenti i mali, da' quali esso ci ha liberati per eccitarci alla riconoscenza; ed i falsi beni, che i no-

(1) Psalm. LI. 11.

inimicos meos divina ultione profligatos, ac perditos. *meus.* nostri nemici ci propongono per tentarci, a fine di disprezzarli.

PSALMUS LIV.

LA condotta, che i servi di Dio debbono tenere nelle persecuzioni, alle quali Iddio gli espone per parte de' falsi amici. Riconoscere la nostra perfidia, e ingratitudine verso Gesù Cristo da' sentimenti, che abbiamo della perfidia, e ingratitudine de' nostri amici. Essere penetrati dal dolore di essersi tante volte sì malamente portati con esso. Unirsi a lui. Gettarsi nelle sue braccia. Riporre in esso la nostra speranza in mezzo a tutto ciò, che si è per soffrire.

Gemere profondamente della propria ingratitudine verso Dio, e sentirla più vivamente che quella de' nostri amici verso di noi.

In finem, in carminibus, intellectus, David.

Psalmus in perpetuum decantandus cum instrumentis musicis carminum, plenus intelligentiæ, inspiratus Davidi.

PROPHETA. Auribus percipe, Deus, orationem hanc meam, & deprecationem hanc meam ne despicias: attende mihi oranti, meque deprecantem exaudi. *Exaudi, Deus, orationem meam, & ne despexeris deprecationem meam. intende mihi, & exaudi me.* Parlare con Dio nelle nostre suppliche con quella attenzione, ch' egli richiede da noi, e colla quale desideriamo di esserne ascoltati.

2. Quia valde sum con- *2. Contristatus* Esporre a Dio con

contriſtatus, & animo conſternatus in aſſidua meditatione malorum, quæ ego patior, de quibus jugiter mecum alloquor; & quia conturbatus, ac metu, & timore perfuſus ſum, propter inimici vocem mihi minantem, & propter perturbationem, ac perſecutionem, quâ me impius peccator affligit.

tus ſum in exercitatione mea: & conturbatus ſum (1) *a voce inimici, & a tribulatione peccatoris.*

con fiducia le noſtre preghiere, e le noſtre inquietudini nelle perſecuzioni, che ci ſono fatte;

3. Nam hi inimici mei impoſuerunt mihi iniquitates, & crimina falſa: & cum ira jampridem inveterato odio adverſabantur mihi,

3. *Quoniam declinaverunt in me iniquitates: & in ira moleſti erant mihi.*

Le calunnie, colle quali viene denigrata la noſtra fama, ed i crudeli effetti di una collera traſportata dalla paſsione.

4. Anima mea doluit, & conturbata eſt in intimis vitalibus meis: & formido mortis irruit ſuper me;

4. *Cor meum conturbatum eſt in me: & formido mortis cecidit ſuper me.*

Conſiderare l' eccesso del dolore, e dello ſpavento,

5. Timor & tremor venerunt ſuper me: meque operuerunt tenebræ mœſtitiæ, atque doloris.

5. *Timor & tremor venerunt ſuper me: & contexerunt me tenebræ.*

L'eccesso del timore, e della turbazione, che Iddio permette ne' ſuoi Santi, a fine di provare la loro pazienza, e la loro ſommeſſione.

6. Un-

6. Et

Sol-

(1) Pſalm. LXXVI. 4.

6. Unde & dixi: *O quis mihi dederit alas veloces, ut sunt alæ columbæ; ut & hinc avolem in locum tutum, & ibi quiescam securus?*

6. *Et dixi:* quis dabit mihi pennas sicut columbæ: & volabo, & requiescam?

Sollevàrsi sopra dell'uomo, imitando la mansuetudine della colomba, rispetto ai suoi più crudeli nemici.

7. Ecce autem profugiendo procul abivi a meis, & in hoc deserto sum commoratus.

7. *Ecce elongavi fugiens, & mansi in solitudine.*

Uscire da noi medesimi, non ascoltando in veruna cosa i sentimenti dell'amor proprio.

8. Ubi solum Deum expectabam, qui me salvaret a pusillanimitate, & procella, ac tempestate tot tentationum, atque terrorum.

8. *Expectabam eum, qui salvum me fecit a pusillanimitate spiritus & tempestate.*

Temere tutto dalla nostra debolezza, e dai moti violenti di una natura impiagata, ed aspettare da Dio le forze, di cui abbiamo bisogno.

9. Domine, pro justitia tua demerge in profundum hos peccatores, eorumque linguas, ac sententias divide; ne inter se consentiant in malum meum; nam in eorum civitate iniquitatem contra jus fieri vidi, & contradictionem contra verum.

9. *Præcipita, Domine, divide linguas eorum: quoniam vidi iniquitatem, & contradictionem in civitate.*

Dimandare a Dio con umile sommessione la rovina dei disegni de' nostri nemici.

10. Quæ die, ac nocte indesinenter circumibit in muris ejus: in cujus civitatis medio

10. *Die ac nocte circumdabit eam super muros ejus ini-*

Riconoscere quì la sapienza di Dio nello stabilire le sovrane autori-

dio iniquitas, & labor fiet, quo probi vexentur, & injustitia committetur.

iniquitas: & labor in medio ejus & injustitia. (1)

rità per conserva-re la giustizia, e la pace;

11. Nec de ejusdem urbis latis viis, ubi venalia venduntur, & commercia fiunt, usura defuit, & fraus.

11. *Et non defecit de plateis ejus usura & dolus.*

E per impedire l'ingiustizie, e le frodi, alle quali conduce la cupidigia.

12. Profecto si aliquis apertus inimicus meus probris, ac maledictis me affecisset; sustinuissem utique tolerantius.

12. *Quoniam si inimicus meus maledixisset mihi, sustinuissem utique.*

Applicare a se stessi questo rimprovero di David al suo amico, che lo aveva tradito, e che gli voleva togliere la corona, e la vita.

13. Et si aliquis, qui me jampridem odisset, grandia calumniarum, & minarum verba contra me dixisset, potuissem utique me abscondere ab eo.

13. *Et si is, qui oderat me, super me magna locutus fuisset, abscondissem me forsitan ab eo.*

Provare nella persona propria, quanto più si soffre per l'infedeltà di un amico di confidenza, che d'un estraneo.

14. At tu, ò homo, me maledictis, ac probris affecisti, & magna contra me mala dixisti, qui paulo ante eras amicus meus unanimis & dux, & princeps a me constitutus, & notus meus, ac familiaris;

14. *Tu vero, homo unanimis, dux meus, & notus meus.* (2)

Ascoltare nel fondo delle nostre coscienze Gesù Cristo, che ci fa questo rimprovero con più ragione; poichè noi siamo più obbligati ad essergli fedeli.

15. Qui una mecum pa-

15. *Qui simul*

Rappresentarsi le

(1) Jerem. VI. 6. 7.

(2) Job XIX. 19. Psalm. XL. 10.

pariter dulcorabas escas, atque sumebas; ac dulce secretum, atque colloquium ego & tu communiter habebamus: & simul quoque unanimiter ambulabamus in templo Dei.

mul mecum dulces capiebas cibos: in domo Dei ambulavimus cum consensu.

le grazie, che abbiamo da Esso ricevute, e de' grati cibi, de' quali siamo stati nudriti ai suoi altari.

16. Dignum sane est, ut super hujusmodi homines veniat mors repente: & ut absorpti a terra, vivi descendant in Infernum.

16. *Veniat mors super illos: & descendant in Infernum viventes.*

Confessare, che meritiamo la morte, e l'Inferno, per esserci abusati di grazie tanto segnalate, e per avere disprezzati sì gran favori.

17. Quia malitia est in his temporariis hospitiis, & congregationibus eorum, & inter eos, & in visceribus ipsorum.

17. *Quoniam nequitiæ in habitaculis eorum in medio eorum.*

Confessare ancora, che non v'è in noi che perfidia, e ingratitudine.

18. Cæterum ego in hac contristatione, & tribulatione mea clamavi ad Deum, opem ejus implorans: & ipse Dominus (uti spero) me salvabit a malo.

18. *Ego autem ad Deum clamavi: & Dominus salvabit me.*

Esclamare a Dio totalmente penetrati dal dolore, e dall'orrore di noi medesimi, affinchè egli ci dia i mezzi per emendare sì grandi eccessi.

19. Vespere & mane, & meridie, totoque die pergam ei exponere, atque nunciare miserias meas, ac necessitates: & ipse Deus (uti confido) exau-

19. *Vespere, & mane, & meridie narrabo & annunciabo: & exaudiet vocem meam.*

20. *Re-*

Accusarli incessantemente, e desiderare, che ciascheduna parte del giorno cagioni in noi un nuovo sentimento di dolore,

audiet assiduam hanc vocem meam, qua ipsum invoco.

re, per ottenere quei mezzi.

20. Ipse tandem reddita mihi pace, & tranquillitate, animam meam redimet, & liberabit ab istis appropinquantibus mihi, ut me opprimant: nam cum bene multis conjuratis adversum me erant.

20. Redimet in pace animam meam ab his, qui appropinquant mihi; quoniam inter multos erant mecum.

Desiderare questa pace, che non si trova se non nell' unione con Gesù Cristo; e romperla santamente con coloro, che ce la potrebbono turbare.

21. Exaudiet ergo me Deus: illosque humiliabit, qui est ante condita sæcula, & manet in æternum.

21. Exaudiet Deus, & humiliabit illos: qui est ante sæcula.

Umiliarsi avanti Dio colla preghiera, perchè esso umilj coloro, che si sollevano contro le sue divine leggi, perseguitando le persone dabbene.

22. Nam non est illis adversariis meis immutatio ulla a malitia ad bonitatem, nec Deum timuerunt: idcirco Deus jam tetendit manum suam ultricem in retribuendo illis condigna supplicia.

22. Non enim est illis commutatio, & non timuerunt Deum: extendit manum suam in retribuendo.

Questi cuori indurati nel male, questa gente senza timore, e senza rispetto per Dio, e senza fedeltà per la loro anima;

23. Eo quod profanaverint, & violaverint pactum cum ipso Deo initum, legem ejus prævaricando; seseque diviserint a confide-

23. Contaminaverunt testamentum ejus, divisi sunt ab ira vultus ejus: & appropin-

Questa gente senza fede, senza onore, senza probità;

Que-

siderandâ ira faciei ejusdem Dei in peccatores; & eo quod cor animusque uniuscujusque illorum appropinquaverit mihi ad oppugnandum me injustè.

pinquavit cor illius.

24. Et cujusque illorum verba fuerint mollia, & lenia plusquam oleum: cum re ipsâ ea sagittæ essent & lanceæ cum insidiis transfigentes.

24. *Molliti sunt sermones ejus super oleum: & ipsi sunt jacula.* (1)

Questi furbi, che fanno proteste di amicizia nel tempo stesso, che non tralasciano niente per togliere l'onore, e la vita.

25. Tu autem quisquis affligeris, projice super Dominum omnem sollicitudinem, & anxietatem animi tui, & ipse Dominus te enutriet: nec enim sinet hominem justum inter persecutiones fluctuari semper.

25. *Jacta super Dominum curam tuam,* (2) *& ipse te enutriet: non dabit in æternum fluctuationem justo.*

Gettarsi fra le braccia di Dio in mezzo a tutti questi mali, con fiducia, ch' egli non abbandonerà in essi per sempre i suoi servi.

26. At ipsos impios persecutores meos, tu, Deus, deduces in puteum perditionis, & gehennæ.

26. *Tu vero, Deus, deduces eos, in puteum interitûs.*

Laddove le sue vendette contro questi malvagi saranno eterne.

27. Et viri quidem sanguinarii, & fraudulenti, ut plurimum non pertingent ad dimidium dierum vitæ suæ, quos

27. *Viri sanguinum, & dolosi non dimidiabunt dies suos* (3): *ego au-*

Abbandonarsi alla sua giustizia, che si farà ben presto sentire, e riporre in Lui la no-

(1) Psalm. XXVII. 3. LXI. 5. (2) Psalm. XXXVI. 5. I. Petri V. 7.
(3) Job XV. 32. XXII. 16. Prover. X. 27.

quos sibi promittebant: ego autem spem omnem, & fiduciam habebo in te, Domine.

autem sperabo in te, Domine.

nostra speranza.

PSALMUS LV.

SEntimenti, ch'è d'uopo avere per li nemici nelle loro più crudeli persecuzioni. Sentimenti, che dobbiamo avere per Iddio ne' soccorsi, che ci dà in queste occasioni.

Desiderare le persecuzioni, che ci recano tanti favori di Dio, e ci perfezionano nelle virtù.

In finem: pro populo, qui a sanctis longe factus est, David, in tituli inscriptionem, cum tenuerunt eum Allophyli in Geth.

In perpetuum decantandus Psalmus, compositus pro populo illo exule cccc. virorum elongato a sanctuario Dei; qui scilicet convenerant cum Davide in persecutione Saulis: inspiratus ipsi Davidi, stabiliterque recolendus, ac si esset titulus insculptus in columna; id quod factum est postquam detinuerunt Davidem Philisthæi in civitate Geth, ad cujus regem Achis confugerat.

PROPHETA. Misesere mei, Deus, quia inimicus homo me conculcavit: & omni die pugnans me tribulavit.

Miserere mei, Deus, quoniam conculcavit me homo: tota die impugnans tribulavit me.

Non inasprirsi, nè lasciarsi trasportare; nè anche lagnarsi, nè mormorare in simili cattivi trattamenti, ma ricorrere a Dio, come David.

2. Con- *2. Con-* R Rap-

2. Conculcaverunt me hi inimici mei, & insidiatores tota die: multi enim sunt, qui pugnant contra me.

3. In quocumque die timuero, & territus fuero ab alto, & medio diei, quando fugiendo latére non possum: in te tamen ego vel tunc maxime sperabo.

4. In adjutorio Dei laudabo veracia fuisse verba, & promissa Dei ad me facta: in Deo speravi; ac proinde non timebo quidquid mihi faciat carneus, & mortalis homo.

5. Omni die hi inimici mei verba mea abominabantur; & sermones de me solicitè tractabant: omnesque cogitationes eorum contra me, erant ad malum mihi inferendum.

6. Qui & congregabantur etiam, & simul habitabunt; ac sese abscondent, meumque

2. Conculcaverunt me inimici mei tota die: quoniam multi bellantes adversum me.

3. Ab altitudine diei timebo: ego vero in te sperabo.

4. In Deo laudabo sermones meos: in Deo speravi, non timebo quid faciat mihi caro. (1)

5. Tota die verba mea execrabantur: adversum me omnes cogitationes eorum in malum.

6. Inhabitabunt, & abscondent: ipsi calcaneum meum

Rappresentargli umilmente, come questo Santo Re, l'eccesso de' nostri mali, e il numero de' nostri persecutori.

Deporre il timore sulla speranza nella sua protezione.

Vincere anche, e superare il timore, ed animare la propria fiducia con ricordarsi delle promesse di Dio in favore degli afflitti.

Non pensare se non che a far bene ai proprj nemici nel tempo stesso, ch'essi non pensano ad altro, che a farci male,

Stare in attenzione di non dispiacere loro in cosa veruna, mentre

(1) Psalm. CXVII. 6. Hebr. XIII. 6.

que gressum diligenter observabunt.

7. Sicut desideranter expectaverunt eripere mihi animam, & vitam; sed tu, Domine, nullo modo salvos facies eos: quinimmo in ira tuâ justâ hos bellantes contra me populos dejicies, atque confringes.

8. Deus meus, ærumnas, & pericula vitæ meæ exposui tibi, & quæ intra me sunt enumerata sunt tibi: & in tuo conspectu posuisti omnes lacrymas meas, ut me ingemiscentem respiceres, & non deseretes.

9. Sicut & id a te faciendum esse, jam olim fuit in promissione tuâ mihi facta; itaque tunc inimici mei a te vertentur retrorsum.

10. Nimirum quacumque te die supplex invocavero; ecce experimento agnovi, quod Deus meus es tu.

um observabunt.

7. Sicut sustinuerunt animam meam; pro nihilo salvos facies illos: in ira populos confringes.

8. Deus, vitam meam annunciavi tibi: posuisti lacrymas meas in conspectu tuo.

9. Sicut & in promissione tua: tunc convertentur inimici mei retrorsum.

10. In quacumque die invocavero te: ecce cognovi quoniam Deus meus es.

tre essi vegliano per sorprenderci, e per rovinarci.

Lasciare a Dio le vendette de' loro misfatti, e domandargliene per loro il perdono.

Rappresentargli ancora i mali, ch' essi ci fanno soffrire, e le lagrime, che per ottenerglielo, la loro malizia ci ha fatto spargere.

Supplicarlo, ch' essi si ritirino in dietro secondo la sua promessa, per un cangiamento, che sia effetto della sua misericordia, e non della sua giustizia.

Non iscordarsi giammai neppur un momento nelle maggiori afflizioni, che Iddio è il Dio degli afflitti.

11. Itaque ob Dei gratiam ejus dictum, atque promissum laudabo; per Domini gratiam ejusdem prædicabo sermonem, quo mihi bona promisit: in Deo speravi, non igitur timebo quid faciat fragilis homo mihi.

11. *In Deo laudabo verbum, in Domino laudabo sermonem: in Deo speravi, non timebo quid faciat mihi homo.*

Fidarsi senza esitare della parola, ch'egli ha dato, e delle promesse, che ha fatto di soccorrerli; e non temere più degli uomini deboli, i quali non possono fare se non il male, ch'ei permette.

12. In memoria mea sunt vota illa, ò Deus, quæ reddam tibi: laudes scilicet actionesque gratiarum.

12. *In me sunt, Deus, vota tua: quæ reddam laudationes tibi.*

Essere pieno di affezione, di tenerezza, e di riconoscenza per un Dio, che si prende tanta cura di noi.

13. Propterea quod animam meam liberaveris de morte, & pedes meos de casu liberaveris, ne laberentur; & oculos meos de lacrymis absterseris, ne amplius flerem præ meis acerbitatibus: ut demum tandem placeam coram te Deo in serena luce beatè viventium.

13. *Quoniam eripuisti animam meam de morte, (1) & pedes meos de lapsu: ut placeam coram Deo in lumine viventium.* (2)

Per un Dio, che ci ha conservati nella mansuetudine, e nella carità in mezzo a tante persecuzioni, acciocchè siamo oggetti a lui graditi per sempre.

PSALMUS LVI.

Non ritirarsi indietro a cagione delle difficoltà, che s'incontrano nella conversione. Continuare a fa-

(1) Psalm. cxiv. 8.

(2) Job xxxiii. 30.

a fare ciò che è necessario per giugnervi. Segni, da' quali essa si può giudicare verace.

Stimare la conversione un bene sì grande, che non ce ne ritiriamo per le pene, che vi s'incontrano.

In finem: Ne disperdas, *David, in tituli inscriptionem: cum fugeret a facie Saul in speluncam.*

Psalmus in perpetuum decantandus sub hac prece: *Ut non disperdas, meque perire sinas, Domine,* Davidi inspiratus perpetuoque recolendus, ac si esset titulus scriptus in columna: compositus pro eo tempore, quo fugiebat a præsentia Saulis regis in speluncam in deserto Engaddi; eodem rege eum ibi persequente una cum 3000. virorum ex omni Israel.

PROPHETA. Misereat te mei, Deus, misereat te mei: quia in te confisa est anima mea.	*Miserere mei, Deus, miserere mei: quoniam in te confidit anima mea.*	Riporre in Dio la propria fiducia per uscire dallo stato del peccato.
2. Et in protectione tua quasi in umbra alarum tuarum perseveranter sperabo; donec hæc calumniatoris mei, & insidiatoris iniquitas transeat omnino, atque deficiat.	2. *Et in umbra alarum tuarum sperabo: donec transeat iniquitas.*	Nè limitarla a certi tempi, o ad alcuni sforzi, che si saranno fatti inutilmente per uscirne fuori.
3. Profundam clamorem vehementis affectûs ad Deum altissimum; Deum, inquam, qui mihi semper alias benefecit.	3. *Clamabo ad Deum altissimum: Deum, qui benefecit mihi.*	Esclamare verso Iddio abbassandoci, perche egli è infinitamente sublime; esclamare verso Dio coprendosi di rossore per

la vergogna di a-
verlo offeso dopo
essere stati colmati
de' suoi beni.

4. Qui in aliis tribulationibus meis misit de Cœlo auxilium, & liberavit me ab hostibus meis: & opprobrio affecit eos, qui me conculcabant.

4. *Misit de Cælo, & liberavit me: dedit in opprobrium conculcantes me.*

Ringraziarlo di averci liberati; ringraziarlo di averci sottratti dalla durissima schiavitù del Demonio.

5. Misit nunc quoque Deus effectum misericordiæ suæ, & veracium promissionum suarum: & animam meam liberavit de medio istiusmodi ferocentium leunculorum, inter quos, præ grandi metu, animo conturbatus dormiebam.

5. *Misit Deus misericordiam suam,* (1) *& veritatem suam: & eripuit animam meam de medio catulorum leonum, dormivi conturbatus.*

Ringraziarlo di averci fatto passare per un effetto della sua misericordia, e senza alcun merito nostro, dall'errore alla verità, dalla servitù alla libertà, dalla turbazione alla tranquillità.

6. Nam dentes filiorum hominum sunt velut arma, lanceæ, atque sagittæ; eorumque lingua est quasi gladius acutus.

6. *Filii hominum, dentes eorum arma, & sagittæ: & lingua eorum gladius acutus.*

Rendere testimonio a noi stessi della nostra conversione, toletando con pazienza, e mansuetudine tutti i cattivi discorsi, ch' ella ci tira addosso.

7. Monstra te, Deus excelsiorem esse Cœlis, & super totam Terram ex-

7. *Exaltare super Cœlos, Deus:* (2) *& in*

Sollevandosi fino a Dio per attaccarsi a lui, e per

(1) Psalm. XXIX. 12. XL. 3. LX. 8.

(2) Psalm. CVI. 6.

excelsa esse monstretur gloria tua.

in omni terra gloria tua.

per non cercare alcuna cosa più della sua gloria:

8. Hostes hi mei paraverunt laqueum irretiendis pedibus meis; conatique sunt animam vitamque meam incurvare, atque dejicere in tendiculas suas.

8. Laqueum paraverunt pedibus meis: & incurvaverunt animam meam.

Vegliando attentamente per evitare tutte le insidie, che ci sono tese, e tutte le occasioni di peccare:

9. Et foderunt quidem ante faciem meam, quò iturus eram, foveam; sed justo Dei decreto ipsimet jam ceciderunt in eam.

9. Foderunt ante faciem meam foveam: & inciderunt in eam. (1)

Vegliando, dico, per non cadere nell'insidie, che ci sono tese, nè nell' odio verso coloro, che le preparano:

10. Promptum, & paratum est cor meum ad te laudandum, o Deus, promptum est, inquam, & paratum cor meum: cantabo itaque, & psalmum dicam Domino.

10. Paratum cor meum, Deus, (2) *paratum cor meum: cantabo, & psalmum dicam.*

Essendo sempre apparecchiati a tutto ciò, che Iddio vuole da noi.

11. Expergiscere ad contexendos hymnos o prophetica gratia, & gloriatio animi mei: expergiscere & tu psalterium, & cithara cum cæteris musicis instrumentis: expergiscar & ego diluculo.

11. Exurge gloria mea, exurge psalterium & cithara: exurgam diluculo.

Rapportando a lui tutta la gloria e del nostro allontanamento dal peccato, e della nostra perseveranza nel bene:

12. Et profitebor tibi

12. Confite-

Facendogli pu-

(1) Psalm. VII. 16. IX. 16.

(2) Psalm. CVII. 2.

bi debitas laudes, Domine, inter frequentissimos populos; cantaboque tibi psalmos inter omnes gentes.

tebor tibi in populis, Domine: & psalmum dicam tibi in gentibus.

publici ringraziamenti di questo felice stato:

13. Propterea quod magna apparuit misericordia tua ad Cœlos usque: & ad nubes usque magnificè se demonstravit veritas promissionum tuarum.

13. *Quoniam magnificata est usque ad cœlos misericordia tua:*(1) *& usque ad nubes veritas tua.*

Riflettendo quanto Dio è grande, ed ammirabile nella conversione de' peccatori.

14. Perge, Domine, te monstrare excelsiorem Cœlis: & supèr totam Terram excelsa appareat gloria tua.

14. *Exaltare super Cœlos, Deus: & super omnem terram gloria tua.*

E quanto egli è degno di essere riconosciuto, ed amato per essersi fino ad essi abbassato.

PSALMUS LVII.

ECcessi de' peccatori per la corruzione della nascita, e susseguentemente per le passioni; ed eccessi delle pene, colle quali Iddio li punirà.

Prevenire saggiamente il peccato, ad effetto di evitarne le pene.

In finem: Ne disperdas: *David, in tituli inscriptionem.*

Psalmus in perpetuum decantandus sub hac prece; *Ne me disperdas ò Deus*: inspiratus Davidi ad perpetuam rei memoriam, ac si esset titulus insculptus in columna.

PROPHETA. Si vere &

Si vere utique

Giudicare secon-

---

(1) Psalm. xxxv. 6.

& ex animo loquimini, quod justum est; etiam quæ recta sunt, & justa judicate in animo vestro, ò filii hominum.

que justitiam loquimini; recta judicate, filii hominum.

condo, che si parla; parlare secondo la giustizia, ed operare similmente.

2. Nam & vos in hac Terra res iniquas machinamini, & operamini in corde vestro: & manus vestræ componunt, connectunt, atque appendunt res injustas ea arte, ut justæ potius videantur.

2. Etenim in corde iniquitates operamini in Terra: injustitias manus vestræ concinnant.

Avere in orrore i malvagi, che fanno tutto il contrario di ciò che dicono; e de' quali le azioni perverse sono l'effetto della malizia del loro cuore.

3. Ejusmodi homines peccatores animò suo a Deo, & a justitia abalienati sunt jam a vulva ipsâ matris: erraverunt ab utero; & a prima infantia semper locuti sunt mendacia.

3. Alienati sunt peccatores a vulva: erraverunt ab utero, locuti sunt falsa.

Osservare con attenzione l'infelicità del peccatore, ed a quale eccesso lo porta la corruzione, nella quale egli è nato.

4. Furor, & venenum eorum est sicut furor, & venenum serpentis; & sicut furor, & venenum aspidis surdæ caudâ obturantis aures suas.

4. Furor illis secundum similitudinem serpentis: (1) sicut aspidis surdæ, & obdurantis aures suas.

A quale eccesso lo trasporta l'odio contro le persone dabbene, e la crudele ostinazione in non ascoltar niente a favor loro.

5. Quæ ne venenum suum deponat, obturatis jam auribus non an-

5. Quæ non exaudiet vocem incantantium:

A quali eccessi finalmente lo induca l' incantesimo

(1) Psalm. cxxxix. 4. Eccl. x. 11.

auscultabit postea vocem incantantium ipsam: nec incantationes venefici, callide licet & sapienter eam incantantis.

6. Sed Deus conteret, & excutiet istiusmodi peccatorum venenatos dentes in ore ipsorum: & hujusmodi leonum molares dentes idem Dominus confringet.

7. Qui dissolventur, & ad nihilum redigentur quasi aqua defluens, atque decurrens: nam Deus jam intensurus est arcum suum ad sagittandos eos, donec viribus debilitentur, & conterantur.

8. Sicut cera, quæ admota igni statim liquefacta est, ita hi statim hinc auferentur: cœlitus enim super eos cecidit ignis iræ Dei, & amplius non viderunt Solem, & lucem vitæ hujus.

9. Id-

tium: (1) *& venefici incantantis sapienter.*

6. *Deus conteret dentes eorum in ore ipsorum: molas leonum confringet Dominus.* (2)

7. *Ad nihilum devenient tanquam aqua decurrens: intendit arcum suum donec infirmentur.*

8. *Sicut cera, quæ fluit, auferentur: supercecidit ignis, & non viderunt Solem.*

9. *Prius-*

mo del Mondo, del proprio stabilimento, e della sua fortuna.

Osservare altresì colla medesima attenzione ciò, che Iddio farà contro loro nella sua collera: li distruggerà per le loro calunnie, e li darà in preda a chi vorrà assalirli.

I loro beni, i loro onori, le loro fortune, tutto anderà in perdizione, senza che ne resti niente, e senza ch' essi ciò possano impedire.

Li abbandonerà a tutte le loro passioni, dalle quali saranno distrutti: essi passeranno la loro vita nell' estremo acciecamento.

E fa-

(1) Jerem. VIII. 17.

(2) Job IV. 10.

9. Idque vobis continget, ò peccatores, priusquam tenues spinæ vestræ creverint in rhamnum, spinam scilicet majorem, & veterem; antequam statum noverint (ut sperabatis) robustiorem vestra studia, atque consilia; sic namque viventes, atque vigentes mediâ vita, sic pro justa ira sua Deus subitâ tempestate de vitâ abripiet, & absorbebit eos.

9. *Priusquam intelligerent spinæ vestræ rhamnum: sicut viventes, sic in ira absorbet eos.*

E farà succedere a questo incominciamento di dolori tutt'i flagelli della sua collera.

10. Lætabitur justus quando videbit ejusmodi justam vindictam impiorum: suasque manus, & pedes more victoris securus, atque triumphans lavare poterit in sanguine interempti peccatoris.

10. *Lætabitur justus cum viderit vindictam: manus suas lavabit in sanguine peccatoris.*

Rallegrarsi alla vista dello sdegno di Dio verso i peccatori in favore delle persone dabbene, e profittare delle loro disgrazie con tenere una condotta totalmente opposta.

11. Et quisque hominum cum hæc viderit, dicet: *Utique si est, ut vere est, fructus, & præmium homini justo ab improbis oppresso; utique verum quoque est, quod sit Deus, qui eosdem probos, & improbos judicet in Terra, redditurus bona bonis, & mala malis.*

11. *Et dicet homo; si utique est fructus justo: utique est Deus judicans eos in terra.*

Credere in Dio, e credere, ch'egli è giusto, poichè esso ricompensa così liberalmente quei, che lo servono, e punisce tanto severamente coloro, che lo perseguitano.

PSAL-

mam, & vitam meam: & fortes in me irruerunt, ut me capiant, & interficiant.

irruerunt in me fortes.

derci, e che aggiungono l'astuzia alla forza per rovinarci.

4. Neque tamen, Domine, id postulat ab eis ulla iniquitas mea contra eos facta, neque ullum peccatum meum, quo peccaverim in eos: nam fine aliqua adversus eos iniquitate in cursu vitæ meæ conversatus sum, modumque meum vivendi juste direxi.

4. *Neque iniquitas mea, neque peccatum meum, Domine: sine iniquitate cucurri, & direxi.*

Nemici infuriati contro l'innocente, ed il giusto.

5. Evigila, quæso, Domine, ut ita dicam, a somno patientiæ tuæ ad succurrendum mihi: & vide innocentiam meam: & tu, Domine Deus cælestium exercituum, & Deus Israelis,

5. *Exurge in occursum meum, & vide: & tu, Domine Deus virtutum, Deus Israel.*

Sapere una volta, quali sono questi nemici, quale è la loro destrezza, e la loro rabbia, per conoscere maggiormente il bisogno, che abbiamo di Dio.

6. Attende, ut visites, & punias has omnes gentes, quæ in me insurgunt: nec miserearis horum omnium, qui animo obstinato, quod iniquum est operantur.

6. *Intende ad visitandas omnes gentes: non miserearis omnibus, qui operantur iniquitatem.* (1)

Sapere altresì, che questi nemici invisibili ce ne svegliano altri visibili, che noi dobbiamo sopportare.

7. Ecce satellites isti, qui me custodiunt, in-

7. *Convertentur ad vespe-*

Sopportarli in effetto, e pregare per

(1) Psalm. XVIII. 23.

incessanter ibunt, & redibunt hoc vesperi sero: & interim patientur famem me devorandi, latrantes, ut canes famelici: & civitatem hanc totam circumibunt ne hinc effugiam.

speram: & famem patientur ut canes, & circuibunt civitatem.

per essi nel tempo stesso, ch'eglino scorrono da tutte le parti per suscitarcene degli altri, ed ingrossare il loro partito.

8. Ecce enim ore suo loquentur contra me, & de gladio ad me occidendum agitur in labiis eorum: & quasi nemo eos audiat, dicunt: *Quis nos audivit?*

8. *Ecce loquentur in ore suo, & gladius in labiis eorum:* (1) quoniam quis audivit?

Parlar bene di essi nel mentre, che tutti i loro discorsi tendono a toglierci i beni, e la vita.

9. Tu autem, Domine, qui omnia vides, & audis deridebis eos: & pro nihilo habebis, & veluti subsannabis has omnes gentes mihi contrarias.

9. *Et tu, Domine, deridebis eos:* (2) *ad nihilum deduces omnes gentes.*

Starsene in un santo riposo tra le mani di Dio, persuasi ch' egli potrà rendere inutili tutti i loro perversi disegni, quando a lui piacerà.

10. Fortitudinem ego meam non in me reponam, sed apud te servabo, quia tu, Deus, es is, qui me labentem excipis, & elevas: ejusdem Dei mei misericordia me semper preveniet, antequam illi noceant.

10. *Fortitudinem meam ad te custodiam, quia Deus susceptor meus es: Deus meus misericordia ejus præveniet me.*

Riconoscere umilmente, che da Dio abbiamo ricevuta la forza di sostenere tanti assalti, e che ciò è un effetto della sua protezione, e della sua bontà.

11. Qui

11. *Deus*

Im-

(1) Psalm. LVI. 5.

(2) Psalm. II. 4.

11. Qui Deus mihi demonstrabit, & exhibebit bona inter inimicos ipsos, & insidiatores meos: ne, quæso, Domine, eos occidas: ne forte utilem, & fructuosam legis tuæ, & populi hujus mei memoriam penitus amittant.

11. *Deus ostendet mihi super inimicos meos; ne occidas eos: ne quando obliviscantur populi mei.*

Imparare dalla condotta di Dio rispetto a noi la maniera da condursi verso i proprj nemici; e desiderare, che i persecutori delle persone dabbene considerino attentamente le vendette di Dio sopra di essi.

12. Disperge eos tantùm fortitudine tua: eosque de superbia sua detrahe, atque depone, Domine, qui instar clypei protector meus es.

12. *Disperge illos in virtute tua: & depone eos protector meus, Domine.*

Egli ne farà un esempio della sua giustizia co' mali, con cui li opprimerà: egli metterà fra di loro la divisione, e rovinerà il loro credito.

13. Idque fac propter peccatum oris eorum, & propter perniciosum sermonem labiorum suorum: & capiantur cum tota superbia sua.

13. *Delictum oris eorum, sermonem labiorum ipsorum: & comprehendantur in superbia sua.*

Egli farà, che i loro insolenti discorsi ridondino in loro disonore, e confusione.

14. Et ob maledictionem, & mendacium suum denuncientur infames ad extremum usque: in ira scilicet & castigatione consummata, & extremo summoque supplicio: &

14. *Et de execratione, & mendacio annunciabuntur in consumatione: in ira consummationis, & non erunt.*

14. Egli punirà le loro calunnie, facendo cadere sopra di essi ogni sorta di maledizioni, e tutti i flutti della sua collera.

Egli

& sic non sint amplius superbi, & humilem, ac innocentem persequentes.

erunt.

15. Sed vel tunc experimento suo edocti, sciant, quod Deus dominabitur generi ex stirpe Jacobi, & omnibus finibus Terræ.

15. Et scient, quia Deus dominabitur Jacob: & finium Terræ.

Egli farà loro conoscere, che vi è un Dio vendicatore delle ingiustizie in tutte le parti del Mondo.

16. Ut ergo dicebam, satellites isti, qui me custodiunt, ibunt, atque redibunt hoc sero vesperi, & famem mei vorandi patientur, atque latrabunt, ut canes: civitatemque hanc circumibunt, ne hinc effugiam.

16. Convertentur ad vesperam, & famem patientur, ut canes: & circuibunt civitatem.

Egli li abbandonerà ad una fame simile a quella de' cani.

17. Et ipsi quidem vagabuntur dispersi, ut me comedant, ac devorent: si autem saturati non fuerint carnibus meis, & tunc maxime murmurabunt præ dolore.

17. Ipsi dispergentur ad manducandum: si vero non fuerint saturati, & murmurabunt.

Egli li farà girare da pertutto a come essi cani, e li darà in balìa della mormorazione, e della disperazione, mentre non troveranno di che faziarsi.

18. At ego cantabo, Domine, fortitudinem tuam, & imperium: & postero mane, quando hi me capere volunt, & interficere, jam liberatus de manibus eorum, exultans laudabo misericordiam tuam.

18. Ego autem cantabo fortitudinem tuam: & exaltabo mane misericordiam tuam.

Animarsi alla penitenza a vista della giustizia, e della severità di Dio contro gli empj, e della sua misericordia in favore degli uomini dabbene.

19. Pro- *19. Quia* Ren-

19. Propterea quod ex adverso illorum, tu me exceperis, & fueris refugium meum in tempore tribulationis meę.	19. *Quia factus es susceptor meus, & refugium meum: in die tribulationis meæ.*	Rendere omaggio alla sua potenza, render grazie alla sua bontà.
20. Adjutor meus, tibi cantabo: quia me labentem semper excipis, Deus meus, qui misereris mei.	20. *Adjutor meus, tibi psallam, quia Deus susceptor meus es: Deus meus misericordia mea.*	Non cercare più ajuti fuor di lui: ricorrere continuamente a lui dopo tante prove de' suoi favori, e della sua protezione.

PSALMUS LIX.

Ricevere le prove, alle quali Iddio ci espone, ed i mali, che ci fa soffrire, come favori. Vantaggi di queste prove. Attendere da Dio la grazia di farne buon uso, e di raccoglierne i frutti.

Riguardare, ed amare i più grandi mali della vita, come sicurezze della bontà di Dio.

In finem, pro his qui immutabuntur, in tituli inscriptionem, ipsi David, in doctrinam. Cum succendit Mesopotamiam Syriæ, & Sobal, & convertit Joab; & percussit Idumeam in valle Salinarum duodecim millia.

In perpetuum decantandus Psalmus pro iis, qui commutabuntur variis vicissitudinibus rerum: ad perpetuam memoriam recolendus, ac si esset titulus insculptus in columna, Davidi inspiratus ad aliorum doctrinam: quando scilicet pugnavit adversus Syriam Mesopotamiæ, & Syriam Sobal: easque succendit, & reversus est Joab, &

S per-

percussit Idumæam in valle Salinarum; duodecim scilicet millia hominum.

Propheta. Tu nos, Deus, olim projecisti nosque destruxisti: iratus quidem es primùm nobis, sed tamen postea misertus es nostri.	*Deus, repulisti nos, & destruxisti nos:* (1) *iratus es, & misertus es nobis.*	Accettare i gastighi di Dio, e gli effetti del suo sdegno paterno, come prove della sua bontà.
2. Tu terram hanc nostram ante concussisti; eamque flagellis tuis conturbasti: sed nunc sana ejusdem terræ nostræ conquassationes, quia tota commota est sursum, atque deorsum.	2. *Commovisti Terram, & conturbasti eam: sana contritiones ejus, quia commota est.*	Sopportare con pazienza le varie agitazioni, ove egli ci pone, per ottenere da lui la guarigione delle nostre piaghe.
3. Fecisti autem populum tuum videre, atque experiri dura, & gravia: nosque potasti vino pungente, ac perturbante, & in stuporem adducente præ grandi amaritudine.	3. *Ostendisti populo tuo dura: potasti nos vino compunctionis.* (2)	Soffrire tutti i rigori, che a lui piacerà usare contro di noi.
4. Quibus certe flagellis dedisti metuentibus te signum, ut ad te fugerent a præsentia arcûs, & armorum hostium.	4. *Dedisti metuentibus te significationem: ut fugiant a facie arcûs.*	Accettarli come mezzi, ch'egli ci dà, per evitare quelli della sua giustizia,
5. Ut ergo ab illis liberentur dilecti & electi tui, Domine, salva me	5. *Ut liberentur dilecti tui:* (3) *salvum*	E come sicurezze della sua misericordia; e de' gran

(1) Psalm. XLIII 10.
(2) Psalm. LXXIV. 9.
(3) Psalm CVII. 7.

me unâ cum omni populo dexterâ potentiæ tuæ, & exaudi me invocantem te.

vum fac dexterâ tua, & exaudi me.

gran beni, a' quali esso ci destina.

6. Deus locutus est in sanctuario tabernaculi sui, mihique promissa dedit: lætabor ergo constitutus rex in totum Israelem, & uti dominus dividam Sichimam, quæ est in Samaria: & tamquam meam hæreditatem dimetiar Vallem Succoth, hoc est, Tabernaculorum in tribu Gad.

6. Deus locutus est in sancto suo: lætabor, & partibor Sichimam; & Convallem Tabernaculorum metibor.

La tristezza, ch' ei ci fa sentire, sarà cangiata in allegrezza:

7. Mea est terra Galaad, & mea est tribus Manasse: & tribus Ephraim est robur capitis, & principatûs mei:

7. Meus est Galaad, & meus est Manasses: & Ephraim fortitudo capitis mei.

La nostra debolezza in forza:

8. Et tribus Juda est regia, & sedes regni mei: sed gens Moabitica ita erit mihi subjecta, perinde ac olla lavacri, in qua ego sine cura, & anxietate spero me loturum pedes meos.

8. Juda Rex meus: (1) *Moab olla spei meæ.*

La nostra necessità in abbondanza, il nostro timore in sicurezza;

9. Et ad Idumæam quoque extendam pedem

9. In Idumæam extendam

E tutte le nostre interne solleva-

S 2

(1) Gen. xlix. 10.

dem meum, ut in ea mihi subditâ incedam: quemadmodum & alienigenæ Philisthæi jam mihi subditi sunt.

10. At quis me deducet ad civitatem munitam Idumæorum? quis, inquam, me deducet usque ad Idumæam, ut subjiciam eam?

11. Nonne, tu Deus, qui antea nos projeceras? & an forsitan non egredieris, Deus, cum exercitibus nostris ad prælium?

12. Da ergo nobis, Domine, auxilium, quod nos eruat a tribulatione, & angustia præliorum aliorumque malorum: quia salus, quæ ab homine expectatur, vana est atque inanis, falsa spe hominem decipiens.

13. Igitur cum auxilio Dei fortiter faciemus in re militari: & ipse conculcabit, & ad nihilum rediget eos, qui nos tribulant, & affligunt.

dam calceamentum meum: mihi alienigenæ subditi sunt.

10. *Quis deducet me in civitatem munitam? Quis deducet me usque in Idumæam.*

11. *Nonne tu, Deus, qui repulisti nos? & non egredieris, Deus, in virtutibus nostris?* (1)

12. *Da nobis auxilium de tribulatione: quia vana salus hominis.*

13. *In Deo faciemus virtutem: & ipse ad nihilum deducet tribulantes nos.*

vazioni in un felice soggettamento, ed in una pace profonda.

Attribuire tutti questi cangiamenti alla potenza, ed alla bontà di Dio;

E alle prove, ove esso ci ha posto, facendoci soffrire.

Non fare verun conto nei nostri mali delli ajuti umani; e non aspettare se non quelli di Dio.

Far conto sulle forze, ch'ei ci darà, e non sulle nostre, per sostenerci nelle pene, e per superarle.

PSAL-

(1) Psalm. XLIII. 10.

PSALMUS LX.

MOdo di pregare Iddio, e di servirlo. Non desiderare la vita se non per rendersi degni di possederlo.

Applicarsi alla preghiera, e al servizio di Dio, persuasi, che non si deve vivere se non per servirlo.

In finem, in hymnis, David.

Psalmus in perpetuum decantandus cum instrumentis musicis hymnorum, Davidi inspiratus.

PROPHETA. Exaudi, Deus, hanc cum laudatione tui deprecationem meam: attende huic orationi meæ.

Exaudi, Deus, deprecationem meam: intende orationi meæ.

Sentire il proprio bisogno nella preghiera, acciocchè la facciamo con fervore, e meritiamo di essere esauditi.

2. Hæc modo ad te clamavi in novissimis, & extremis finibus Terræ, ubi exulo, cum præ tristitia, ac tædio anxiaretur cor meum. Tu me in rupe, & arce alta, & tuta collocasti, ut securus essem ab inimicis meis.

2. *A finibus Terræ ad te clamavi: dum anxiaretur cor meum, in petra exaltasti me.*

Aprire il cuore a Dio nell'afflizione: gridare verso di lui per star saldi nella pazienza.

3. Meque huc deduxisti, quia fuisti is, in quem ego sperarem; & fuisti mihi velut turris fortissima, & munitissima, quo ego confugerem a præsentia inimici me persequentis.

3. *Deduxisti me, quia factus es spes mea: turris fortitudinis a facie inimici.*

Lasciarsi condurre da Dio, e sperare in lui, assicurandoci sopra la sua protezione.

4. Sed tandem aliquando habitabo, uti confido, apud tabernaculum sanctum domus tuæ: ibique defendar, & protegar veluti velamine alarum tuarum.

4. *Inhabitabo in tabernaculo tuo in sæcula: protegar in velamento alarum tuarum.*

Applicarsi a servirlo, umiliarsi alla sua presenza.

5. Tu enim, Deus meus, semper exaudisti orationem meam: dedistique timentibus nomen tuum suam ipsorum hæreditatem possidendam.

5. *Quoniam tu, Deus meus, exaudisti orationem meam: dedisti hereditatem timentibus nomen tuum.*

Essere assidui all'orazione, rendersi degni di possederla per un filiale timore.

6. Dies super dies vitæ adjicies ad ejusdem Regis annos: idque usque in omne tempus omnium generationum.

6. *Dies super dies regis adjicies: annos ejus usque in diem generationis, & generationis.*

Desiderare la vita, non per la vita, ma per Iddio;

7. Unde idem Rex permansurus est, & sessurus coram te Deo in æternum. Porro quis eorumdem inimicorum exquiret, & penitus investigabit ejusdem Dei misericordiam, & fidelitatem summam in servandis promissis, dum Regem suum servat?

7. *Permanet in æternum in conspectu Dei: misericordiam & veritatem ejus quis requiret?*

Per impiegarla meglio, cbe per l'addietro al suo servizio, per rendersi degni della sua misericordia colla penitenza;

8. Sic igitur sperans, Psalmos canam nomini tuo, Deus, usque in om-

8. *Sic psalmum dicam nomini tuo in sæ-*

E per rendergli incessantemente l'omaggio, l'onore,

omnia sæcula: ut reddam tibi per singulos dies mea vota, & præstem, quæ tibi debeo, atque promisi.

sæculum sæculi: (1) ut reddam vota mea de die in diem.

re, la lode, ed i ringraziamenti, che gli dobbiamo.

PSALMUS LXI.

Sottometterſi a Dio in tutto ciò, che gli piace diſporre di noi. Confeſſare, che egli è giuſto in tutto quello, che ci fa ſoffrire. Dimandargli il ſuo ajuto, e la pazienza. Eccitare noi ſteſſi, e gli altri a far conto di lui ſolo, e a non far conto degli uomini. Coſtituire la propria felicità nel vivere perfettamente ſoggetti a Dio.

In finem, Pro Idithun, Pſalmus David.

Pſalmus in perpetuum decantandus, traditus Idithun levitæ uni ex tribus primariis cantoribus, qui cum filiis ſuis prophetica dicta confeſſionum, & laudum Domini in Tabernaculo canebat; inſpiratus autem Davidi.

PROPHETA. An non ſe Deo anima mea ſubjiciet cum ſilentio, & ſine murmure? ex eo enim eſt ſalus mea.

Nonne Deo ſubjecta erit anima mea? ab ipſo enim ſalutare meum.

Non penſare in tutto ciò, che ſuccede nella vita, ſe non a ſtarſene in un profondo ſilenzio, ed in una perfetta ſommeſſione agli ordini di Dio.

2. Nam & ipſe eſt Deus

2. Nam & ipſe

Riguardare come

---

(1) Pſalm. XXXIX. 12. LXXXVIII. 25. Proverb. XX. 28.

Deus meus, & salvator meus: ipse est, qui me labentem excipit, unde nec plurimum commovebor in afflictionibus meis.

ipse Deus meus, & salutaris meus: susceptor meus, non movebor amplius.

me inutili tutti i movimenti, che ci diamo, e lasciarlo fare, poichè egli è il nostro tutto.

3. Vos autem persecutores mei usquequo insidiamini, & magno irruitis impetu in me hominem imbecillem? nam vos omnes me vultis interficere; quousque, inquam, irruitis in me tamquam in parietem jam curvatum ad ruinam, & tamquam in maceriam jam propulsam, & corruentem?

3. *Quousque irruitis in hominem? interficitis universi vos, tamquam parieti inclinato, & maceriæ depulsæ?*

Soffrire con pazienza, che si macchinino contro la nostra vita; che sia fatto di noi un' estremo disprezzo.

4. Certe hi cogitaverunt honorem meum quo in pretio sum, & pretiosam partem meam a me expellere, & auferre: qua de causa & ego sitibundus cucurri per loca arida, ut eorum insidias evaderem; & licet linguâ sua mihi benedicerent, animo tamen suo mihi maledicebant.

4. *Verumtamen pretium meum cogitaverunt repellere: cucurri in siti, ore suo benedicebant, & corde suo maledicebant.* (1)

Che ci sia tolto l'onore, che siamo avviliti all' estremo, e che si usi con noi la simulazione, e la frode.

5. His tamen non obstantibus adhuc subjice

5. *Verumtamen Deo subje-*

Persuadersi in tutto questo, che non

(1) Psalm. xxvii. 3.

jice te Deo cum silentio, & sine murmure, ò anima mea; ab ipso enim pendet præstolatio mea: & ab eo tibi veniet id quod ego patienter expecto.

6. Ipse enim est Deus meus, & salvator meus, & is qui me labentem excipit, & sustentat: quare nec e loco, & statu meo aliò transmigrabo.

7. In Deo sita est salus mea, & gloria mea: ipse Deus est mei auxiliator, & tota spes mea in Deo est non in homine.

8. Sperate igitur in eo, omnis cœtus populi, & coram eo exponite, & effundite cogitationes omnes, curas, anxietates, ac desideria cordium vestrorum; quia Deus nostri adjutor in æternum.

9. Attamen vani sunt, ut vapor, filii Adam: mendaces sunt homines in stateris suis dolosis ad decipiendum alios: ipsi omnes pariter evanescunt; & ex vanitate sunt & fraudulenter agunt

jecta esto, anima mea: quoniam ab ipso patientia mea.

6. Quia ipse Deus meus, & salvator meus: adjutor meus non emigrabo.

7. In Deo salutare meum, & gloria mea: Deus auxilii mei, & spes mea in Deo est.

8. Sperate in eo, omnis congregatio populi, effundite coram illo corda vestra: Deus adjutor noster in æternum.

9. Verumtamen vani filii hominum, mendaces filii hominum in stateris, ut decipiant: ipsi de vanitate in idip-

non vi è cosa più giusta, che di soggettarsi a Dio, e chiedergli la pazienza necessaria.

Umiliarsi agli occhi proprj, e stare uniti a Dio, e non attendere ajuto se non da lui.

Gloriarci di patire per lui, e riporre in esso tutta la nostra speranza.

Eccitare gli altri, e col nostro esempio, e co' nostri discorsi ad aprire, e spandere i loro afflitti cuori alla sua presenza, ed aspettarne soccorso.

Richiamare alla memoria la poca fermezza degli uomini nell'amicizia, la poca equità ne i loro giudizj, e la poca fedeltà nelle promes-

gunt.

10. Nolite confidere in iniquitate, & calumnia, & nolite desiderare, neque rapere res alienas. Quin etsi vestræ vobis divitiæ affluxerint magna copiâ, ne illis apponatis cor vestrum, & affectum.

11. Irrevocabiliter locutus est mihi Deus unum quiddam, & tunc duo hæc audivi; primum quod potestas, & imperium Dei sit, & secundum quod misericordia adsit tibi, Domine: nam tu, nemine te impediente, per potentiam, & misericordiam unicuique reddes bona bonis, & mala malis, secundum quod exigunt opera eorum.

dipsum. (1)

10. *Nolite sperare in iniquitate, & rapinas nolite concupiscere: divitiæ si affluant, nolite cor apponere*. (2)

11. *Semel locutus est Deus, duo hæc audivi, quia potestas Dei est, & tibi, Domine, misericordia: quia tu reddes unicuique juxta opera sua*. (3)

messe.

Non anteporre il peccato al bene degli uomini; non stimare più le ricchezze, che la povertà: tutto manca, quando manca Iddio; egli solo può cavarci dalla miseria.

Apprendere da Dio medesimo queste due importanti verità, ch'ei solo è giusto, e che punirà il colpevole, perchè egli è giusto; e ricompenserà il meritevole, perchè egli è la stessa bontà.

PSALMUS LXII.

Concerto che deve essere tra lo spirito e la carne per piacere a Dio. Preferirlo a tutte le cose della vita, e non vivere se non per lui. Impinguare l'anima con gli esercizj di pietà. Nulla temere nè

(1) Psalm. xxxvIII. 6 cxLIII 4.
(2) Job xxxI. 25. Matth. vI 19. 21. Luc. xII. 15. 1. Timoth. vI. 17.
(3) Matth. xvI. 27. Rom. II. 6. 1. Cor. III. 8. Galat. vI. 5.

nè dagli uomini, nè da' demonj in eseguire ciò che egli vuole da noi.

Desiderare con fervore questo concerto di noi medesimi, per rendere a Dio un continuo omaggio di tutto ciò che siamo.

Psalmus David, cum esset in deserto Idumææ.

Psalmus Davidi inspiratus, cum esset profugus in deserto Idumeæ.

PROPHETA. Deus, Deus meus es tu; & ad te orandum matutinus consurgo, ac vigilo ab albescente luce diei.

Deus, Deus meus: ad te de luce vigilo.

Domandare a Dio il lume, che lo fa conoscere, e l'amore, che ci fa vegliare per piacergli.

2. Nam sitivit & desideravit te contemplari anima mea: & multum admodum corpore quoque meo te adorare sitivi, ac desideravi

2. *Sitivit in te anima mea,* (1) *quam multipliciter tibi caro mea.*

Desiderare, che la nostra carne segua il nostro cuore, affinchè niuna cosa impedisca nè ritardi il suo fervore verso Dio.

3. In terra hac deserta, & inaccessa, & sine aqua: sicut si essem in sanctuario tuo, ita sitienter in hoc deserto ante te comparui, ad videndum, & considerandum potentiam tuam, & gloriam tuam.

3. *In terra deserta, & invia, & inaquosa: sic in sancto apparui tibi, ut viderem virtutem tuam, & gloriam tuam.*

Riconoscere, che dal canto nostro non siamo che un terreno ingrato; e presentarsi a Dio con questi giusti sentimenti di noi medesimi per conciliarci la sua grazia.

4. Melior est enim mi-

4. *Quoniam me-*

Preferirla a tutto

(1) Psalm. XLI. 3. CXLII. 6.

mihi misericordia erga me tua, quam vita quælibet jucunda, & diuturna: laudabunt te propterea labia mea.

melior est misericordia tua super vitas: labia mea laudabunt te.

to ciò, ch'è più aggradevole nella vita; e ringraziarlo amorosamente del dono, che ce ne avrà fatto.

5. Et sic animâ sitiente, & ore laudante benedicam tibi in vita mea; & cum auxilio nominis tui levabo ad Cœlum manus meas in orando.

5. *Sic benedicam te in vita mea: & in nomine tuo levabo manus meas.*

Non vivere se non per benedirlo, e aggiugnere alle buone opere una preghiera fervorosa.

6. Quasi spirituali adipe, & pinguedine, quæso, impleatur a te anima mea gratiâ consolationis internæ: & ita labiis etiam os meum exultanter laudabit nomen tuum.

6. *Sicut adipe, & pinguedine repleatur anima mea: & labiis exultationis laudabit os meum.*

Impinguare l'anima con queste pratiche di pietà, come il corpo s' ingrassa col buon nudrimento, a fine di avere maggior forza, ed ardore per lodare Iddio.

7. Idque faciam, etiamsi memoratus fuero tui in cubili meo jacens, & quando per singulas vigilias, & matutinis præsertim horis meditabor de te: quia tu semper fuisti auxiliator meus.

7. *Si memor fui tui super stratum meum, in matutinis meditabor in te:* (1) *quia fuisti adjutor meus.*

Pensare a Dio in tempo di notte: desiderare, che incominci il giorno per occuparsi in lui, e nelle sue beneficenze.

8. Semperque in posterum te laudando exultabo, tectus quasi velamine alarum tuæ de-

8. *Et in velamento alarum tuarum exultabo, adhæ-*

Riporre in lui la nostra fiducia: attaccarvisi costantemente: contare so-

(1) Job xxxv. 10. Psalm. xli. 9. cxviii. 55. cxlix. 5.

defensionis atque protectionis: anima mea adhæsit arctissime ad te; meque vicissim retinendum excepit dextera potentiæ tuæ.

hæsit anima mea post te: me suscepit dextera tua.

sopra il suo ajuto, e sopra la sua protezione.

9. At ipsi persecutores mei vane quæsierunt interficere vitam animæ meæ, quin potius ipsi ingredientur ad inferna loca terræ; tradentur in manus, & cædem gladii, quo sunt occidendi; eorumque cadavera erunt partes, & escæ vulpium cæterarumque ferarum.

9. Ipsi vero in vanum quæsierunt animam meam, introibunt in inferiora terræ: tradentur in manus gladii, partes vulpium erunt.

Non temere per allora nè la violenza, nè gli artifizj dei demonj.

10. Rex autem, quem illi persequuntur, lætabitur in Deo ipsum protegente; in quo etiam omnes, qui per eumdem Deum, & non per falsa numina jurant, illi credentes, & servientes, se laudabunt, & gloriabuntur: propterea quod obturatum sit os loquentium res iniquas, atque mendacium, ne innocentibus amplius imponant crimina falsa.

10. Rex verò lætabitur in Deo: laudabuntur omnes qui jurant in eo: quia obstructum est os loquentium iniqua.

Porre in Dio tutta la sua gioja: perseverare nel suo servigio; e disprezzare, facendo ciò ch'egli vuole, tutto ciò che si dirà contro di noi.

PSAL.

PSALMUS LXIII.

COndursi co' nostri nemici in tal guisa, che ci conciliamo la protezione di Dio, il quale rende inutili tutti i loro disegni, e tutti i loro sforzi.

Non temere punto degli uomini, rendendosi degni della protezione di Dio.

In finem, Psalmus David.

In perpetuum decantandus Psalmus Davidi inspiratus.

PROPHETA. Ausculta, Domine, vocem hanc & orationem meam dum deprecor ad te; & a timore, quo inimicum timeo, eripe me, ne illum timeam.

Exaudi Deus orationem meam cum deprecor: a timore inimici eripe animam meam.

Apprendere, che il timore de' nostri nemici non diminuisca la nostra confidenza in Dio.

2. Quemadmodum me hactenus protexisti, ita nunc quoque me protege, & absconde a concilio, & conspiratione malignorum contra me: & a multitudine, & tumultu operantium inique.

2. *Protexisti me a conventu malignantium: a multitudine operantium iniquitatem.*

Armarsi contro questo timore, ed animarsi in questa confidenza, ricordandosi de' contrassegni della sua protezione:

3. Quia maligni isti acuerunt quasi gladium linguas suas, parantes contra me calumnias ad interitum meum: tetenderuntque arcum suum, & sagittam, hoc est,

3. *Quia exacuerunt ut gladium linguas suas: (1) intenderunt arcum, rem amaram, ut*

Rendersene degni, opponendo il silenzio alla calunnia,

Un'

(1) Psalm. CVIII. 8.

est, amarum verbum, & rem, ut ex absconditis locis clanculum, & insidiose sagittarent me hominem innoxium, & nullo adversus eos crimine maculatum.

ut sagittent in occultis immaculatum. (1)

4. Quem & subito, & de repente sagittabunt, & Deum, qui omnia videt, non timebunt: qui firmiter sibi ipsis constituerunt sermonem malignum ejusmodi.

4. *Subito sagittabunt eum, & non timebunt: firmaverunt sibi sermonem nequam.*

Un'ardente carità alla premura, che i nostri nemici hanno di rovinarci,

5. Et inter se disputaverunt, & modos exposuerunt, ut absconderent laqueos, ut me irretirent ad mortem: & dixerunt, quod ullus quisquam non visurus esset ipsos ista tractantes, ac disponentes.

5. *Narraverunt, ut absconderent laqueos: dixerunt:* quis videbit eos?

Una dimostrazione di bontà all' insidie segrete, che ci tendono,

6. Perscrutati sunt quidem, & investigaverunt rem iniquam hanc facere modis omnibus: sed irrito conatu defecerunt, tanta licet perscrutatione perscrutantes, & excogitantes modos, quibus

6. *Scrutati sunt iniquitates: defecerunt scrutantes scrutinio.*

7. Ac-

Una pazienza instancabile alle fatiche, che fanno, fino a stancarsi, per adempiere i loro perversi disegni,

Glo-

(1) Psalm. x. 3.

bus me perderent.

7. Accedet quidem homo ad cor altè profundum, & ad excogitandum callidum consilium; eritque cor profundum, & tectum ad machinandum malum: sed Deus excelsum se demonstrabit, cum eos sagittaverit, & eorum dissipaverit prava consilia.

7. Accedet homo ad cor altum: & exaltabitur Deus.

Glorificare Iddio con viva persuasione, ch'egli è giusto nel punirci, misericordioso nel provarci, amabile nel gastigarci colle tribolazioni.

8. Tunc apparebit, quod plagæ, quas ipsi inferre volebant, fuerint veluti arundineæ sagittæ imbecillium parvulorum ludentium, & non vulnerantium: & quod eorum linguæ in proprium tantummodo ipsorum malum fuerint, ad aliorum malum invalidæ effectæ.

8. Sagittæ parvulorum factæ sunt plagæ eorum: & infirmatæ sunt contra eos linguæ eorum.

Meritare con questa condotta, ch'ei renda inutili tutti gli strali de' nostri nemici contro di noi, e che contro loro li rivolga, affinchè riconoscano la loro perfidia.

9. Omnes, qui eos sic a Deo punitos videbant, conturbati sunt præ terrore: & Deum timuit omnis homo.

9. Conturbati sunt omnes, qui videbant eos: (1) *& timuit omnis homo.*

Ch' egli getti nella turbazione, e nella confusione coloro, che aveano la premura di vedere, qual sarebbe la nostra sorte in mezzo a tanti nemici senza esserne commossi.

10. Qui   10. *Et*   Te-

(1) Psalm. LI. 8.

10. Qui & aliis quoque annunciaverunt hæc justa opera justitię Dei : & eorum, quæ idem fecit providentiâ sua in Mundo, intelligentiam habuerunt.

10. *Et annunciaverunt opera Dei, & facta ejus intellexerunt.*

Temere un Dio vendicatore dell' innocenza oppressa, riconoscere la sua potenza, ed osservare attentamente la sua condotta.

11. Lætabitur itaque quilibet justus in Domini providentia, & protectione, & in eo semper sperabit: & exultando se laudabunt, & gloriabuntur in eo omnes, qui rectum erga illum habent animum suum.

11. *Lætabitur justus in Domino, & sperabit in eo: & laudabuntur omnes recti corde.*

Camminare nella giustizia; riporre in Dio il suo contento, e la sua speranza, e prender sempre, com' egli fa, il partito dell'innocente.

PSALMUS LXIV.

Rendere omaggio a Dio con un sacrifizio continuo di lodi e di ringraziamenti. Riguardare questo mezzo, e valersene come proprjssimo per conciliarci il perdono de' nostri peccati, e tutte le sorte di beni spirituali. Frutti, ed effetti della vera conversione.

Desiderare ardentemente la conversione. Affaticarsi incessantemente a renderla perfetta, e degna de' favori di Dio.

In finem, Psalmus David: Canticum Jeremiæ & Ezechielis, populo transmigrationis cum inciperent exire.

In perpetuum decantandus psalmus, Davidi inspiratus. Canticum Jeremiæ, & Ezechielis pro populo Dei, qui transmigraverat in Babylonem: quando scilicet ab illa

 ca-

captivitate idem populus exiturus esset, & reversurus in Hierusalem.

PROPHETA. Decet te, ò Deus, cantari tibi laudem in civitate Sion, ubi nunc laus tui silet: & in eadem civitate Hierusalem persolvendum est tibi votum, quod olim vovi, ut redirem ad eam.

Te decet hymnus Deus in Sion: & tibi reddetur votum in Hierusalem.

Rendere a Dio continuamente nel proprio cuore le lodi, e gli omaggi, che gli sono dovuti.

2. Exaudi ergo orationem meam, ut illuc ad te laudandum veniat omnis homo nostræ gentis hìc peregrinæ.

2. Exaudi orationem meam: ad te omnis caro veniet.

Desiderare ardentemente, che tutti gli uomini gli offrano un sacrifizio interiore, e spirituale.

3. Verba quidem, & facta iniquorum Babyloniorum, qui nos captivos fecerunt, ac detinuerunt hactenus, valde multum gravia, & dura fuerunt super nos, & præ viribus nostris: sed & tu tamen propitius eris tandem impietatibus nostris, quibus meruimus in illorum redigi servitutem.

3. Verba iniquorum prævaluerunt super nos: & impietatibus nostris tu propitiaberis.

Procacciarsi con questo mezzo il perdono de' nostri passati disordini, e de' sacrifizj, che noi abbiamo fatto al Demonio, al Mondo, ed alle nostre passioni.

4. Beatus & felix ille quem tu elegeris: & in tuam protectionem, & urbem sanctam assumpseris! habitabit enim illic in atriis templi tui.

4. Beatus, quem elegisti, & assumpsisti! inhabitabit in atriis tuis.

Far nostra felicità, e nostra gloria l' essere usciti da questo stato di miseria, e d'empietà, per non occuparci più in altro

5. Ibi

5. Re-

tro, che in Dio.

5. Ibi replebimur bonis domus tuæ, nam templum tuum sanctum est, & admirabile in justitia, in vera, & justa religione cultûs tui, exclusis immundis, & contaminatis, ne profanetur.

5. Replebimur in bonis domus tuæ: (1) sanctum est templum tuum, mirabile in æquitate.

Desiderare ardentemente i beni spirituali; de' quali coloro, che sono il tempio vivo di Dio medesimo, per la loro fedeltà al suo servizio sono riempiuti.

6. Exaudi igitur nos, Deus, qui nobis das salutem: qui es is, in quem sperant omnes fideles tui, in omnibus quibuslibet Terræ finibus fuerint, vel in mari longinquo.

6. Exaudi nos, Deus salutaris noster: spes omnium finium Terræ, & in mari longe.

Indirizzarsi a Dio come all'autore della salute, ed all'oggetto della speranza di tutte le nazioni.

7. Tu enim es, qui firmiter constituis, & apparas montes fortitudine tua, solo tuo veluti præcinctus potentatu: qui cum vis, turbas, vel compescis fundum maris, & ejusdem fluctuum sonitum, cujus maris fremitum nemo sine terrore sufferet.

7. Præparans montes in virtute tua, accinctus potentia: qui conturbas profundum maris, sonum fluctuum ejus.

Scongiurarlo di consolidarci nella pietà, e di calmare le tempeste, che turbano la nostra tranquillità.

8. A cujus signis, & prodigiis mirabilibus, quæ facis cum volueris, conturbabuntur gentes omnes; & qui ha-

8. Turbabuntur gentes; & timebunt, qui babitant terminos, a signis

Ammirare le cose meravigliose, che Iddio ha operato in favore di quei, che si sono

(1) Psalm. xxxv. 9.

habitant etiam in extremis Terræ, sibi timebunt: qui e contrario delectabiles facies egressus Orientis matutini sideris, & vespertini, quibus delectabis gentes omnes ad Orientem degentes, & ad Occidentem.

gnis tuis: exitus matutini, & vespere delectabis.

no veramente convertiti; e la gioja, di cui li ha esso riempiuti e nel principio, e nel progresso della loro conversione.

9. Tu es, qui donis tuis invisisti quodammodo Terram, eamque imbribus abunde potasti, & veluti inebriasti: & multiplicando dona tua, multipliciter eam ditasti ubertate fructuum, & herbarum.

9. *Visitasti Terram, & inebriasti eam:* (1) *multiplicasti locupletare eam.*

Egli ha fatto loro produrre ogni sorta di frutti in abbondanza.

10. Flumenque tuum, ô Deus, per te repletum est jugiter aquis: sic tuâ tu providentiâ frumentum, & cibum omnem illis omnibus habitantibus in Terra apparasti usque ad maturitatem; quia hoc modo per pluviales, & fluviales aquas fit Terræ instructio, & apparatio, ut apta sit ad germinandum.

10. *Flumen Dei repletum est aquis, parasti cibum illorum: quoniam ita est præparatio ejus.* (2)

Egli li hà renduti una sorgente di acqua, che zampilla, e sale alla vita eterna: ed ha dato loro un nutrimento, degno della nuova vita, che vivono.

11. Inebria igitur, Do-

11. *Rivos ejus*

Egli sparge, e dif-

---

(1) Psalm. LXVII. 10. CIII. 13. (2) Psalm. LXVII. 11.

Domine, abundanter aquis tuis terræ sanctæ sulcos, ejusque germina, & fruges multiplica: ut terra in germinando læta sit propter aquas, quæ in ipsam stillaverint, atque decurrerint.

8. Et de te tuiſque laudibus jugiter fuit omnis mea cantatio. Et nunc, Domine, ob grandia mala, quæ patior, tamquam prodigium, ac res portentoſa, & horribilis factus ſum multis, qui a me propterea refugiunt:

8. In te cantatio mea ſemper: tanquam prodigium factus ſum multis, & tu adjutor fortis.

Conteſtargliene di continuo la gratitudine, e divenire un prodigio per la coſtanza in ſoffrire, e per la fedeltà in ſervirlo.

9. Re-

Tron-

(1) Pſalm. xxi. 10. 11.

giunt: sed & tu, Domine, es fortissimus adjutor meus, ut me ex tot tantisque malis eripias.

9. Impleatur nunc quoque os meum laude tua, ut possim cantare gloriam tuam: & tota die cantare possim magnitudinem tuam, & magnorum, & excelsorum amplitudinem operum tuorum.

9. Repleatur os meum laude, ut cantem gloriam tuam: tota die magnitudinem tuam.

Troncate i discorsi vani, ed inutili, e non parlare, che per lodare Iddio, e per far ammirare la sua grandezza, e la sua gloria.

10. Ne ergo a tua defensione, & cura projicias me hoc tempore senectutis meæ; quem ab infantia protexisti: & cum jam defecerit vigor ętatis meę, ne me derelinquas destitutum auxilio tuo.

10. Ne projicias me in tempore senectutis: cum defecerit virtus mea, ne derelinquas me.

Pregarlo di sostenerci negli abbandonamenti, e nelle aridità di spirito, ove permetterà, che noi cadiamo per nostra debolezza.

11. Quia inimici hi mei contra me locuti sunt: & qui observabant animam meam insidiantes ei, inierunt consilium pariter dicentes de me:

11. Quia dixerunt inimici mei mihi, & qui custodiebant animam meam, consilium fecerunt in unum.

Rappresentargli umilmente, che questo è il tempo, in cui i nostri nemici fanno nuovi sforzi per rovinarci:

12. Deus dereliquit eum a protectione sua solita: proinde persequimini eum, & comprehendite, quia non est ullus, qui eum eripiat e manibus nostris.

13. Tu

12. *Dicentes*; Deus dereliquit eum: persequimini, & comprehendite eum; quia non est

qui

Ed il nuovo bisogno, che abbiamo del suo soccorso.

qui eripiat.

13. Tu itaque, Domine, ne te, tuumque adjutorium elonges a me: Deus meus, ad festine mihi dandum auxilium attende.

13. *Deus, ne elongeris a me: Deus meus, in auxilium meum respice.*

Scongiurarlo, che non ce lo neghi.

14. Pudefiant, & deficiant in suis conatibus, & a te consumentur hi, qui criminantur animam meam: operiantur probrosa ignominia, & verecundia hi, qui quærunt mihi inferre mala.

14. *Confundantur & deficiant detrahentes animæ meæ: operiantur confusione, & pudore, qui quærunt mala mibi.* (1)

E che ci dia sopra di loro una piena vittoria, che li ricopra di vergogna, e di confusione.

15. Ego autem semper in te sperabo, Domine: semperque novam laudem adjiciam super omnem laudem tuam hactenus a me factam.

15. *Ego autem semper sperabo: & adjiciam super omnem laudem tuam.*

Crescere nella speranza, e nel fervore, allorchè siamo usciti dalle gravi tentazioni, in vece di rallentarsi.

16. Os meum narrabit justitiam tuam: & tota die narrabit salutem illam, quæ a te nobis datur.

16. *Os meum annunciabit justitiam tuam: tota die salutare tuum.*

Crescere altresì nelle lodi, e nella gratitudine.

17. Et quoniam non cognovi litteras humaniores, ac mundanæ scientiæ disciplinas, & negotiationes ejusmodi vanas, animum ab-

17. *Quoniam non cognovi litteraturam, introibo in potentias Domini: Do-*

Entrare in una santa discussione degli effetti della potenza, e della bontà di Dio a nostro favore; prese-

[1] Psalm. xxxiv. 4.

abstrahentes a vera so. lidaque sapientia rerum divinarum: idcirco huic soli vacaturus, ingrediar ad contemplandum & prædicandum potentias, & fortitudines tuas, Domine, in operando omnipotentissime quæcumque vis; & justitiam tui solius commemorabo, Domine, qua justissime Mundum gubernas, qui solus es justus naturâ tuâ.

Domine, memorabor justitiæ tuæ solius.

ferirne la cognizione a tutte le scienze del Mondo.

18. Non enim humanæ sapientiæ libri, sed tu docuisti me jam ab adolescentia ipsa mea: & ideo ad hunc usque diem annunciabo admiranda opera tua.

18. *Deus, docuisti me a juventute mea: & usque nunc pronunciabo mirabilia tua.*

Cominciare dai primi anni della fanciullezza ad istruirsene.

19. Ne igitur, o Deus, etiam usque ad senectutem, & caniтiem ætatis decrepitæ, me derelinquas sine auxilio tuo.

19. *Et usque in senectam, & senium: Deus ne derelinquas me.*

Continuare sino all'età più avanzata.

20. Ut eò usque possim omnipotentiæ tuæ brachium annunciare omni progeniei, quæ post me ventura est in Mundum.

20. *Donec annunciem brachium tuum generationi omni: quæ ventura est.*

Accendersi alla vista di tante beneficenze dello zelo di far conoscere Iddio:

21. Eique annunciare possim potentiam tuam, & justitiam tuam; & an-

21. *Potentiam tuam, & justitiam tuam,*

Di farlo amare, e di farlo ammirare: di farlo pre-

& annunciare ea quoque, quæ tu, Deus, fecisti magnifica, ad excelsa usque cœlorum magnificè per totum orbem splendentia: quis enim similis est tui, o Deus?

am, Deus, usque in altissima, quæ fecisti magnalia: Deus, quis similis tibi?

ferire a tutte le cose, nulla potendosi a lui paragonare.

22. O quantas mihi exhibuisti sufferendas, & experiri fecisti tribulationes bene multas, & graves, atque molestas: & tamen rursus ad me benigne conversus me vivificasti, ac recreasti, & veluti de inferis abyssis terræ rursum eduxisti me in lucem hilarem, atque serenam.

22. *Quantas ostendisti mihi tribulationes multas, & malas: & conversus vivificasti me: & de abyssis terræ iterum reduxisti me.*

Rammentarsi le afflizioni pressanti, e le angoscie mortali, in cui siamo stati, per meglio concepire ciò ch' egli ha fatto per noi nel liberarcene.

23. Multipliciter demonstrasti justitiam tuam, & magnificentiam tuam erga me: & ad me conversus, iterum me es consolatus.

23. *Multiplicasti magnificentiam tuam: & conversus consolatus es me.*

Rammentarsi parimente dell'eccesso delle consolazioni, che a quelle sono succedute.

24. Etenim ego cum instrumentis musicis psalterii profitebor tibi veritatem tuam in servandis promissis tuis: tibique, ò Deus, cantabo laudes cum cithara, ò sanctificator Israelis.

24. *Nam & ego confitebor tibi in vasis psalmi veritatem tuam: Deus, psallam tibi in cithara, sanctus Israel.*

Consolazioni tanto grandi, ch' esse portano alla riconoscenza, ed all'amore delle sofferenze, che le hanno cagionate.

25. Exultanter laudabunt labia mea, cum can-

25. *Exultabunt labia mea*

Dar gloria a Dio dell' une, e dell'

cantavero tibi hymnos: & exultabit anima mea, quam de captivitate tantorum malorum redemisti.

26. Sed & tota die lingua ipsa mea ex cordis meditatione se exercebit in enarrando justitiam tuam: quando turpiter pudore confusi fuerint, & dehonestati erubuerint hi, qui me malis afficere quærunt, & opprimere.

mea cum cantavero tibi: & anima mea, quam redemisti.

26. Sed & lingua mea tota die meditabitur justitiam tuam: cum confusi, & reveriti fuerint, qui quærunt mala mihi.

dell'altre con santa gioja, colle nostre lodi, e coi sentimenti del nostro cuore.

Dargli altresì questa gloria di averci liberato dai nostri persecutori, e dei vantaggi, ch' egli ci ha fatto riportare sopra di essi per la nostra carità, e pazienza.

PSALMUS LXXI.

Gesù Cristo costituito da Dio suo Padre Re, e Giudice di tutti gli uomini.

Soggettarsi alla sua autorità come Re, affinchè ci sia favorevole come Giudice.

Psalmus: in Salomonem.

Psalmus de Messia filio Davidis, sub typo, & figura Salomonis descripto.

PROPHETA. Da, ô Deus, tuam rectè judicandi scientiam & potestatem Regi Messiæ: & eidem filio nasciturо ex me Davide rege Israelis, da justitiæ tuæ dictionem, & administrationem.

Deus judicium tuum Regi da: & justitiam tuam filio Regis.

Contemplate quì Gesù Cristo costituito da Dio suo Padre Re, e Giudice.

2. Ad judicandum po-

2. Judicare po-

Giudice di tutto

populum tuum juste: & ad liberandum incorrupto judicio pauperes tuos injustè a potentioribus oppressos.

populum tuum in justitia: & pauperes tuos in judicio.

to il Mondo per giudicarlo con perfetta giustizia.

3. Sub ejusdem Messiæ regno montes, ubi solent esse latrones, & feræ, suscipiant cœlitus pacem & fœlicitatem omnem pro populi tui tranquillitate: & colles omnes sublatâ facinorum injustitiâ, suscipiant justitiam ubique colendam.

3. *Suscipiant montes pacem populo: & colles justitiam.*

Re sopra la sua Chiesa per farvi regnare la giustizia, e la pace:

4. Qui Rex Messias judicabit, ac defendet afflictos pauperes populi, & salvabit filios pauperum humano auxilio destitutos: & omnem deprimet eorumdem calumniatorem, & oppressorem.

4. *Judicabit pauperes populi: & salvos faciet filios pauperum: & humiliabit calumniatorem.*

Giudice favorevole per gli umili, e giudice rigoroso per gli superbi:

5. Et permanebit in suo regno cunctis timendus, quamdiu Sol fuerit: & in conspectu Lunæ, quamdiu Luna erit, in progenies omnes, immo verò in æternum.

5. *Et permanebit cum Sole, & ante Lunam: in generatione, & generationem.* (1)

Re il di cui regno sarà senza fine nella durazione:

6. Descendet iste de cœlo in uterum Virginis

6. *Descendet sicut pluvia in vel-*

Re, che saprà soggettare succes- siva-

(1) Psalm. LXXXVIII. 28.

nis fine corruptione, ficuti pluvia innocuè defcendit fuper lanam a pecudibus detonfam, & conglobatam: & fine ftrepitu, fed fœcunditatem afferens, leniffimus defcendet in terram, ficut imbrium ftillicidia leniter ftillant fuper terram fitientem, eamque fœcundant.

vellus: & ficut ftillicidia ftillantia fuper terram. (1)

fivamente, e fenza ftrepito i più ribelli alle fue leggi:

7. In diebus regni illius exorietur, & florebit ubique juftitia, quâ Deus ex peccatoribus homines juftos facit: eritque abundantia pacis non tam mundanæ, quam divinæ in tranquillitate confcientiæ, & gaudio fpiritus, duratura in terra ad finem ufque fæculi, & donec Luna removeatur a fua mutabilitate, & non fit amplius in eo motu, ac defectu, quo nunc crefcit, vel decrefcit.

7. *Orietur in diebus ejus juftitia, & abundantia pacis: donec auferatur Luna.*

Re, che ftabilirà i fuoi fudditi in un'alta pace, e li farà vivere in una perfetta giuftizia.

8. Porro Rex ifte dominabitur a mari mediterraneo Terræ fanctæ ad mare ufque, quod Atlanticum, quod

8. *Et dominabitur a mari ufque ad mare: & a flumine ufque ad ter.*

Re, il cui Imperio farà fenza termini nella fua eftenfione.

Re

(1) Ofee vi. 3.

quod Oceanum appellant, in tota ſcilicet terra illo mari circumfuſa: & dominabitur a flumine Jordanis ad terminos uſque terræ habitabilis.

terminos Orbis terrarum.

9. Ante eum procumbent venerabundi etiam Æthiopes, ſeſe illi ſubjicientes: & inimici ejus coram ipſo in reverentiæ ſignum, & ſervitutis, pulverem terræ oſculabuntur, & lambent.

9. *Coram illo procident Æthiopes. & inimici ejus terram lingent.*

Re, che ſaprà raddolcire i popoli più feroci, ſiccome ſaprà domare i ſuoi più fieri nemici.

10. Reges ultra mare mediterraneum, vel in India regnantes, & inſulani quique per totius Orbis inſulas habitantes, munera eidem Meſſiæ offerent, tamquam ſuo Regi ac Domino: & Reges Arabiæ Fœlicis, & Sabâ, quæ regio eſt Æthiopiæ, dona & tributa ſua afferent eidem.

10. *Reges Tharſis, & inſulæ munera offerent: Reges Arabum, & Sabâ dona adducent.*

Re, a cui i Re ſi renderanno tributarj con allegrezza;

11. Et in ſumma, omnes Reges Terræ eum adorabunt: univerſæque nationes ſervient ei.

11. *Et adorabunt eum omnes reges Terræ:(1) omnes gentes ſervient ei.*

E ſi glorieranno di ſoggettargli non ſolamente i loro beni, ma anche le loro perſone, e i loro po-

12. Rex

12. *Quia*

po-

(1) Pſalm. LXVII. 30. Iſai. XLIX. 7.

poli :

12. Rex iſte Meſſias ex oppreſſione potentis eruet pauperem, & inopem, cui nullus fuerit adjutor.

12. *Quia liberabit pauperem a potente; & pauperem, cui non erat adjutor.*

Re potente, non per opprimere i ſudditi, ma per liberarli dall' oppreſſione :

13. Miſerebitur, & parcet pauperi & inopi, iiſque, qui ſe humiliant, & non exaltant: & animas pauperum ejuſmodi a peccati morte ſalvabit.

13. *Parcet pauperi, & inopi: & animas pauperum ſalvas faciet.*

Re benigno, che ſaprà perdonare le ingiurie, e non vendicarle :

14. Eorumque animas ab uſuris ſolvendis, & iniquis vexationibus poteſtatum tenebrarum potiſſimum redimet, quibus veluti captivæ tenebantur: & coram oculis ejus præclarum erit eorumdem pauperum nomen, & ſanguis pretioſus erit, & honorabilis.

14. *Ex uſuris, & iniquitate redimet animas eorum: & honorabile nomen eorum coram illo.*

Re ſaggio, che impedirà le ingiuſtizie colla ſapienza de' ſuoi ordini, e diſtinguerà le perſone di merito.

15. Et rex iſte Meſſias vivet æternum, eique dabitur & offeretur de auro Arabiæ, & Sabæ Æthiopiæ: omneſque ſemper per ipſum, & pro regno ipſius orabunt ſemper ad Dominum: totaque die ſuis illi laudibus benedicent.

15. *Et vivet, & dabitur ei de auro Arabiæ, & adorabunt de ipſo ſemper: tota die benedicent ei.*

Re immortale amato da' ſuoi popoli, ricolmato di doni, di onori, e di benedizioni :

16. Et in tempore il-

16. *Et erit fir-*

Re, che ſarà il ſo-

illo magna seges tritici, spiritualis maxime, quo anima, vitaque hominum firmatur, & sustentatur, erit in terra etiam in cacuminibus incultis montium, quæ solent alioqui esse infrugifera: ejusque tritici fruges sese altiores elevabunt, quam altæ sint arbores montis Libani; & qui sunt de civitate illius Regis, florebunt, & multiplicabuntur, ut herba multiplicatur in terra.

firmamentum in terra in summis montium; superextolletur super Libanum fructus ejus: & florebunt de civitate sicut fœnum terræ.

sostegno, e la fiducia de' proprj sudditi, e di cui il regno sarà grande, felice, e florido:

17. Sit igitur in sæcula omnia benedictum ejusdem Regis Messiæ nomen: quod ejus nomen semper celebre perseverabit & permanebit coram Sole durante, & quamdiu Sol stabit.

17. *Sit nomen ejus benedictum in sæcula: ante Solem permanet nomen ejus.*

Re eterno, e di cui il nome sarà benedetto per tutti i secoli.

18. Et per ipsius Messiæ meritum omnes nationes Terræ a divina beneficentia benedicentur: eumque gentes omnes magnum ac beatum fatebuntur & prædicabunt.

18. *Et benedicentur in ipso omnes tribus Terræ:* (1) *omnes gentes magnificabunt eum.*

Re finalmente, che sarà per i suoi popoli una sorgente di grazia, e di felicità, e l'oggetto delle loro adorazioni.

19. Benedictione, & lau-

19. *Benedictus*

19. Rendere a Dio

(1) Gen. XII. 30. XXII. 18.

laude dignus est Dominus Deus Israelis: qui solus solâ vi, ac potestate suâ, cum vult, facit opera admiranda.

ctus Dominus Deus Israel, qui facit mirabilia solus.

Dio mille ringraziamenti per aver fatto a favor nostro una maraviglia, che sormonta tutte le altre, in averci dato per giudice, e Re il suo unico figliuolo.

20. Et benedictione, ac laude dignum est nomen majestatis, & gloriæ suæ in æternum usque: quare & universa Terra impleatur gloriâ illustri, frequentique fama de majestate ejus: Fiat, fiat id totum, ut opto.

20. *Et benedictum nomen majestatis ejus in æternum: & replebitur majestate ejus omnis Terra; fiat, fiat.*

Desiderare ardentemente, che si rendano gli omaggi, che sono dovuti alla grandezza della sua Maestà, e che tutta la Terra sia soggetta al suo Imperio.

Defecerunt laudes David filii Jesse.

In hoc psalmo finierunt laudes & orationes Davidis filii Jesse. Qui psalmus est quidem tempore ultimus psalmorum à Davide compositorum; sed non ordine hujus libri psalmorum, in quo ordo temporis non est servatus.

PSALMUS LXXII.

CUra e bontà di Dio pe' suoi servi. L'infelicità delle ricchezze, e delle prosperità; queste non sogliono essere un contrassegno dell'amore di Dio, mentre il più delle volte ei lascia che siano la sorte de' peccatori. Sopportarne allegramente la privazione. Disprezzare i beni terreni. Non istimare se non che Dio: nè bramare altro che lui: attaccarsi a lui: languire di amore per lui; mettere in lui tutti li proprj piaceri.

Stimare più la cura, che Dio si prende di noi, che tutti i beni del Mondo, e farne tutta la nostra occupazione.

Psalmus Asaph.

Psalmus inspiratus Asapho Levitæ; qui erat unus ex tribus primariis cantoribus constitutis a Davide in domo Domini: qui Asaphus tristia fere semper, & mœsta decantat.

PROPHETA. Quam vere bonus est Deus erga Israelem, eos scilicet, qui non distortum, sed rectum, & mundum animum habent!

Quam bonus Israel Deus his, qui recto sunt corde!

Ammirare la cura, e la bontà di Dio in favore de' suoi servi,

2. Mei tamen pedes parum abfuit quin commoti fuerint, & vacillaverint in recta via: & quin dilapsi fuerint a rectitudine gressus, & actus vitæ meæ.

2. *Mei autem penè moti sunt pedes: penè effusi sunt gressus mei.*

Sì nel sostenerli allorchè stanno per cadere,

3. Nempe quia æstuavi indignatione, vel etiam invidentia ob iniquos: intuens pacem, ac fœlicitatem peccatorum hominum.

3. *Quia zelavi super iniquos: pacem peccatorum videns.* (1)

Sì nel liberarli dalle tentazioni violente di abbandonare il suo servizio per godere della felicità de' peccatori.

4. Propterea quod non respectent mortem suam, & de ea non recogitent: & quod in eorum plaga, & morbo, si quo ægrotaverint, non sit ulla firmitas, & duratio, cum cito

4. *Quia non est respectus morti eorum: & firmamentum in plaga eorum.*

5. *In*

Considerare come una felicità per questi peccatori la morte, e le afflizioni passeggiere, ch'essi hanno comuni con le persone dabbene, men.

(1) Psalm. xxxvi. 1. 7. Jerem. xii. 1. Malach. iii. 15.

gito sanentur, & convalescant.

5. Et quod non vivant in labore, & communibus,& solitis miseriis hominum; & una cum cæteris hominibus flagella non patiantur.

6. Ob eas plane causas superbia eos cinxit, tenuit atque possedit: totique cooperti sunt, & involuti iniquitate, & impietate sua.

7. Et ex ipsorum opulentia, quasi ex quodam adipe resudante pinguedinem, processit iniquitas eorum: & ita transierunt ad assequendum quidquid disposuerat, atque affectaverat animus ipsorum.

8. Qui

5. In labore hominum non sunt: & cum hominibus non flagellabuntur.

6. Ideo tenuit eos superbia: operti sunt iniquitate, & impietate sua.

7. Prodiit quasi ex adipe iniquitas eorum: transierunt in affectum cordis.

8. Co-

mentre con la prima pongono termine all'offese di Dio, nelle quali consiste la vera, e massima sventura: con le seconde hanno motivo di ravvedersi.

Considerare pure come una sventura quei piaceri, e quelle comodità della vita, per le quali i peccatori si distinguono da' buoni.

Considerare, dissi, queste cose come una sventura per questi peccatori; poichè elle cagionano in essi un orgoglio funesto, che l'induce al disprezzo degli uomini, e di Dio medesimo;

Ad ogni sorta di peccati, seguendo i loro desiderj sregolati,

 Ad

8. Qui & cogitaverunt, & locuti sunt maligne: & palam ad summum usque impudentiæ locuti sunt iniquè.

9. Et extulerunt os suum blasphemum contra cælites, & Deum ipsum creatorem Cœli: eorumque lingua maledica pervagata est per Terram, licenter, & impunè loquens contra homines justos maximè.

10. Ob eam rem, quia peccatores sunt & fœlices, populus hic noster fidelis huc se convertet ad inquirendum, quare vita impiorum prosperatur? cum e contrario in ipsis popularibus meis semper dies invenientur pleni malorum, & ærumnarum.

11. Unde & ex nostratibus nonnulli infirmioribus offensi dixerunt: *Quomodo novit hæc Deus? & an sit rerum, quæ hic eveniunt, notitia, & providentia in Altissimo Deo?*

12. Nam

8. Cogitaverunt, & locuti sunt nequitiam: iniquitatem in excelso locuti sunt.

9. Posuerunt in Cælum os suum, & lingua eorum transivit in Terra.

10. Ideo convertetur populus meus hic: & dies pleni invenientur in eis.

11. *Et dixerunt:* Quomodo scit Deus? (1) & si est scientia in excelso?

12. Ec-

Ad ogni sorta di perversi disegni.

Ad ogni sorta di cattivi discorsi, senza risparmiare le cose più sante.

Riflettere a queste sventure, ed ai peccati, ove gettano l'abbondanza, e la prosperità, a fine di non creder felici coloro, che arrivano a possederle,

Per non concepire una falsa idea di Dio, e della sua provvidenza intorno a ciò che succede nel Mondo,

Ed

(1) Job XXII. 13.

12. *Nam ecce hi, & peccatores sunt, & rebus omnibus abundant: & in sæculo divitias obtinuerunt, & multiplicaverunt.*

13. Hinc & ego quoque disserui in cogitationibus meis dicendo: *Ergone frustra mundavi ab omni injustitia cor meum? ergone frustra cum hominibus innocentibus lavi manus meas, & conversatus sum?*

14. *Ergone frustra fui afflictionibus flagellatus tota die? & ergone frustra mihi fuit increpatio illa, quâ a Deo castigatus sum quotidie ab ipso statim primo mane diei?*

15. At si dicerem: *Ad hunc modum loquar de providentia tua, & judiciis tuis, o Deus*: Ecce jam rejecissem nationem filiorum tuorum, quos tu castigas, & flagellas; & rupto cum eis fœdere, noluissem jam amplius esse socius, & fœderatus eorum.

16. Existimabam humana me ratiocina-tio-

12. Ecce ipsi peccatores, & abundantes in sæculo: obtinuerunt divitias.

13. *Et dixi*: Ergo sine causa justificavi cor meum, & lavi inter innocentes manus meas?

14. Et fui flagellatus tota die, & castigatio mea in matutinis?

15. *Si dicebam*: Narrabo sic: *Ecce nationem filiorum tuorum reprobavi.*

16. *Existimabam, ut cogno-*

Ed intorno a ciò, che alle ricchezze hanno tanta parte i malvagi.

Nè prender quindi occasione di trascurare la risoluzione presa di vivere nell'innocenza;

E di passare la vita nelle mortificazioni, e nella privazione de' piaceri.

Ricordarsi, che questa è la strada, per la quale Iddio ha sempre condotto i suoi figliuoli; e che si ha da rinunziare a questa qualità, allorchè si seguita la strada de' peccatori.

Nè cercare la ragione, perchè Id-

tione posse cognoscere, & comprehendere rerum ejusmodi veras, & arcanas causas, & rationes: sed & id rei laboriosum, & difficillimum est in oculis mentis, & considerationis meæ.

gnoscerem hoc: labor est ante me.

Iddio distingue in tal guisa i suoi figliuoli dai peccatori.

17. Donec veniam, & ingrediar in sanctuarium illud cæleste Dei; & ibi plenam apertamque intelligentiam assequar de ultimis, & extremis eventibus eorumdem peccatorum.

17. Donec intrem in sanctuarium Dei: & intelligam in novissimis eorum.

Adorare i suoi segreti disegni, e vedere il fine degli uni, e degli altri.

18. Certe etsi illi nunc fœlices sunt, attamen tu eis mala gravissima reposuisti in posterum ob ipsorum dolositates: quos dejicere decrevisti in profundum, cum se ipsi exaltaverint ad prosperitatem summam.

18. Verumtamen propter dolos posuisti eis: dejecisti eos dum allevarentur.

Riguardare questa felicità de' malvagi, come una insidia, ed un laccio funesto, che li farà cadere da una gloria passeggiera in una eterna confusione;

19. O quomodo vastati sunt, & facti sunt desolati! subito defecerunt, & perierunt; consumpti quasi non sint, ob iniquitates suas.

19. Quomodo facti sunt in desolationem? (1) subito defecerunt: perierunt propter iniquitatem suam.

Dalle consolazioni sensibili nell' estrema desolazione, e dall'abbondanza nell'estrema miseria;

20. Qua- *suam.* Dal-

(1) Job xxi. 30.

suam.

20. Quasi somnium evigilantium, & expergiscentium, quod confestim evanuit, & nihil est amplius: sic in civitate tua superna, Domine, ad nihilum rediges, & nullam relinques imaginariam, & apparentem, inanemque fœlicitatem ipsorum, quâ hîc fœlices comparebant.

20 *Velut somnium surgentium,* (1) *Domine: in civitate tua imaginem ipsorum ad nihilum rediges.* (2)

Dallo splendore, in cui essi erano, ed in cui credevano, che tutti fossero occupati a considerarli, in una universale oblivione.

21. Quoniam autem ejusmodi inundanæ fœlicitatis delectabili cupiditate inflammatum est cor meum, & renes, & interiora mea ex turbatione puncta, & alterata sunt: & ego ob eam malorum prosperitatem propemodum ad nihilum redactus sum, nesciens quo me verterem, & ignoravi arcana consilia tua;

21. *Quia inflammatum est cor meum, & renes mei commutati sunt: & ego ad nihilum redactus sum, & nescivi.*

Vedere con istupore quanto vicini siamo stati alla rovina, stimando felici coloro, che vivono nella prosperità, e sopportando malvolentieri di non esservi.

22. Et coram te factus sum quasi brutum jumentum, quod nonnisi præsentia videt: cum interim tamen gratiâ tuâ me adjuvante, semper fuerim tecum,

22. *Ut jumentum factus sum apud te; & ego semper tecum.*

Sottometterſi alla condotta, che a Dio piace tenere sopra di noi, per non separarsene giammai.

23. *Te-* Y 4 Sti-

(1) Job xx. 8.

(2) Psalm. xxxviii. 7.

cum, & a fide & amore tui non discesserim;

23. Ideirco tu tenuisti manum dexteram meam ne eâ tentatione caderem: & me duxisti per viam præceptorum tuorum secundum voluntatem tuam: meque ad te, uti spero, gloriose assumere prædestinasti.

23. Tenuisti manum dexteram meam: & in voluntate tua deduxisti me; & cum gloria suscepisti me.

Stimare sopra tutte le cose la cura, ch'ei prende di noi; ed assicurarsi, che il nostro fine non può essere se non glorioso.

24. Quid autem mihi optabilius est in Cœlo præter te? & in Terra quid volui, & desideravi præter te? nihil sane.

24. Quid enim mihi est in Cælo? & a te quid volui super Terram?

Non desiderare se non lui sulla Terra; poichè egli solo basta a renderci felici nel Cielo.

25. Consumpta est, atque defecit caro corporis mei, & cor meum præ desiderio tui, ò Deus, qui das robur cordi meo; & qui es portio illa mea veluti hæreditaria in æternum usque, o Deus.

25. Defecit caro mea, & cor meum: Deus cordis mei, & pars mea, Deus in æternum.

Languire per lui di un ardentissimo amore; soggettargli il cuore, ed il corpo, e non voler altro bene, che lui.

26. Etenim ecce peribunt, qui se a te colendo, & diligendo elongant: & perdidisti omnem fornicantem & deficientem a cultu, & amore tui.

26. Quia ecce, qui elongant se a te, peribunt: perdidisti omnes, qui fornicantur abs te. (1)

Riguardare con santo disprezzo, e come vittime dell'inferno coloro, che non ripongono in lui i loro piaceri.

27. Sed   *27. Mi-*   At-

(1) Psalm. LXXII. 9.

27. Sed mihi bonum est, atque salutare, tibi Deo appropinquare, & adhærere fide, & amore toto: & ponere omnem spem meam in te Domino Deo.

27. *Mihi autem adhærere Deo bonum est: ponere in Domino Deo spem meam.*

Attaccarsi a lui come al nostro sommo bene, ed all'unico oggetto della nostra speranza.

28. Ut narrem omnes laudes tuas, & opera tua laudanda, & prædicanda; idque aperte palamque in portis, & foris civitatis sanctæ Sion.

28. *Ut annunciem omnes prædicationes tuas: in portis filiæ Sion.*

Desiderare ardentemente di farlo conoscere, a fine di farlo amare, e servire.

PSALMUS LXXIII.

Mali, che soffre la Chiesa dagli eretici, e dagli scismatici. Disordini, ch'essi hanno cagionato negli ultimi tempi. Gemere insieme con essa di tutti questi mali, e dimandarne a Dio la liberazione. Motivi proprj per impegnarlo a liberarla.

Sentire vivamente i mali della Chiesa: gemerne incessantemente per l'amore, che si ha per essa.

Intellectus, Asaph.

Psalmus intelligentiæ, & eruditionis plenus, inspiratus Asapho levitæ cantori.

Propheta. Quare nos Deus in perpetuum repulisti? quare tamdiu justitia tua, ceu furens

Ut quid Deus repulisti in finem: iratus est (1) furor

Considerare qui la Chiesa, che alla presenza di Dio si duole dei scismi,

(1) Psalm. xciv. 7.

tens, irata manet contra nos, qui sumus oves gregis tui, quas tu pascis?

ror tuus super oves pascuæ tuæ?

mi, e delle persecuzioni, ch'ella soffre.

2. Recordare, quæso, hujus congregationis tuæ: quam tu possedisti ab antiquo.

2. *Memor esto congregationis tuæ: quam possedisti ab initio.*

Sentire il male, che l'affligge, come quei, che ne siamo membri, e pregare insieme con essa, e per essa.

3. Et a servitute Ægyptiâ redemisti, ut esset virga, & sceptrum regale hæreditatis tuæ, quam tu peculiariter possideres, & regeres: cujus regia est mons Sion, in quo habitaculum sanctum tuum jampridem habuisti.

3. *Redemisti virgam hæreditatis tuæ: mons Sion, in quo habitasti in eo.*

Rappresentare a Dio colla medesima, ch'ella è il solo bene, ch'ei possiede fuori di lui stesso, il monte santo, ch'egli ha eletto per sua abitazione, l'eredità acquistata a prezzo del sangue di Gesù Cristo suo figliuolo.

4. Leva ultrices manus tuas contra superbias illorum, qui locum hunc tuum dissipaverunt, ut vastes eas in perpetuum ne amplius resurgant: ô quanta maligne operatus est inimicus hic tuus in sanctuario tuo!

4. *Leva manus tuas in superbias eorum in finem: quanta malignatus est inimicus in sancto?*

Scongiurarlo di adoperare la sua potenza per abbattere l'orgoglio de' suoi fieri nemici, ed impedire il progresso delle loro profanazioni.

5. Et qui te oderunt, gloriati sunt tamquam victores in medio atrio domus tuæ, ubi festa fiunt,

5. *Et gloriati sunt, qui oderunt te: in medio solemni-*

Rappresentargli, ch'essi sono i suoi nemici, poichè sono nemici della

sunt, & in medio ipso festo tuo.

nitatis tuæ.

la sua Chiesa; che lo insultano nelle più grandi solennità, e vogliono risplendere con lusso, e con ornamenti.

6. Ubi posuerunt hi insignia, & vexilla sua profana, ut essent victoriæ suæ signa, & trophæa, & te esse Dominum templi non agnoverunt: posuerunt, inquam, trophæa illa super summum domus tuæ sacrilegè, ac si ea ponerent in exitu viarum, & portarum, cæterisque profanis locis civitatum.

6. *Posuerunt signa sua, signa: & non cognoverunt sicut in exitu super summum.*

Ch'essi fabbricano templi in segno della loro rivolta, senza conoscere, che ne sarà funesto il fine; imperciocchè essi saranno un segno della loro separazione, e della loro novità.

7. Quasi essent in silva arborum ligna cædentes, tanta hi audacia securibus suis exciderunt januas ejusdem domus tuæ: & pariter omnes cum securi, & ascia, & dolatoriis confregerunt eam.

7. *Quasi in silva lignorum securibus exciderunt januas ejus in idipsum: in securi, & ascia dejecerunt eam.*

Rappresentargli anche le violenze da essi esercitate ne' luoghi santi, che a lui erano consagrati.

8. Miserunt ignem in sanctuarium tuum, illudque incenderunt: & in terram dejecerunt & contaminaverunt idem tabernaculum, ubi colebatur numen tuum.

8. *Incenderunt igni sanctuarium tuum: in terra polluerunt tabernaculum nominis tui.*

Che hanno depredato, bruciato, e contaminato con mille abominazioni,

9. Et 9. Di- La

9. Et omnis eorum natio simul in corde suo dixerunt : *Venite & incenso isto solemnitatum loco, faciamus cessare omnes dies festos Dei, ne amplius celebrentur in Terra.*

10. Et nos inter hæc tanta mala, huc usque non vidimus signa, & prodigia illa, a Deo olim patrata pro defensione nostra : & non est ultra nobiscum propheta aliquis Dei, qui nos consoletur : videturque, quod Deus non nos agnoscet amplius tamquam suos ; sed tamquam alienos a sua nos defensione repellet.

11. Usquequo, ô Deus, nobis quasi imbecillis exprobrabit inimicus hic noster ? usquequo adversarius iste blasphemando provocabit ad iram numen tuum ? perpetuo ne ?

12. Quare retrovertis quodammodo post tergum ultricem manum tuam a puniendo ho-

9. Dixerunt in corde suo cognatio eorum simul : Quiescere faciamus omnes dies festos Dei a Terra.

10. *Signa nostra non vidimus, jam non est propheta : & nos non cognoscet amplius.* (1)

11. *Usquequò Deus improperabit inimicus? irritat adversarius nomen tuum in finem ?* (2)

12. *Ut quid avertis manum tuam, & dexteram tuam,*

La rabbia, ch' essi hanno avuto contro le feste, istituite nella sua Chiesa per dare più di tempo a' Fedeli di attendere al suo servizio,

Le innovazioni, ch' essi han voluto fare senza provare la loro missione, nè coi miracoli, nè colle Scritture sante, e contra tutti i segni, da' quali si deve conoscere la vera Chiesa.

Rappresentare ancora a Dio gli oltraggi, che soffre la sua Chiesa, e quello, ch'è fatto al suo nome dagli scismatici.

Domandargli umilmente, perchè ci l'abbandoni sì lungo tempo in un'

---

(1) Amos VIII. 11.

(2) Psalm. 9. 13.

hostes tuos ? & quare perpetuo dexteram tuam auxiliatricem non proteras, & educis de medio sinu tuo, ut eam porrigas nobis ut liberemur ?

tuam, de medio sinu tuo in finem ?

un' oppressione tanto crudele.

13. Sed Deus, qui noster est Rex ab initio sæculorum: ipse semper in medio Terræ nostræ operatus est salutem nostram liberando nos a periculis.

13. *Deus autem Rex noster ante sæcula;* (1) *operatus est salutem in medio Terræ.*

Eccitarlo a soccorrerla, rimostrandogli, ch'egli è il Re, e l'autore della salute di tutti quei, che la compongono,

14. Tu, Deus, vi & potestate tua firmum solidumque fecisti mare Rubrum, ut transeunte populo tuo, in modum muri staret a dextris, & a sinistris; & e contrario in ejusdem maris Rubri aquis contrivisti capita illa Ægiptiorum, qui veluti dracones sequebantur ad devorandos nostrates.

14. *Tu confirmasti in virtute tua mare:* (2) *contribulasti capita draconum in aquis.*

Rimostrandogli, dico, ciò ch' egli ha operato in favore della Chiesa, ch'egli ha rigettato, cioè della Sinagoga, nel sostenere il mare,

15. Et tu ibi confregisti capita, & principes exercitus magni illius draconis Pharaonis:quem quoque Pharaonem submersum, dedisti in escam, prædam,

15. *Tu confregisti capita draconis:dedisti eum escam populis Æthiopum.*

16. *Tu*

Nel sommergere i suoi nemici nelle acque, e nel fare del loro Re medesimo il nudrimento degli uomini, con farlo di-

(1) Psalm. xliii. 5.

(2) Exod. xiv. 21. 22.

dam, & spolium populis habitantibus ad littus Æthiopicum ejusdem maris Rubri.

16. Tu rumpendo petram in partes, erumpere inde fecisti aquarum fontes, & torrentes: & contra tu exsiccasti flumina fortia & rapida, veluti Jordanem transituro populo tuo in terram promissam.

17. Tua est dies, & tua est nox; a te creata sunt & per te perseverant: tu perfecisti, & ordinasti auroræ lucem, & Solem, & Lunam in cœlo.

18. Tu fecisti, ac stabilivisti universos terminos Terræ: & æstatem, & una cum hyeme; ver tu fecisti.

19. Memento ergo ejusmodi creaturæ tuæ, rerumque a te conditarum, atque gestarum ad

16. Tu dirupisti fontes, & torrentes: (1) tu siccasti fluvios Ethan.

17. Tuus est dies, & tua est nox: tu fabricatus es auroram, & Solem.

18. Tu fecisti omnes terminos Terræ: æstatem, & ver tu plasmasti ea.

19. Memor esto hujus: inimicus improperavit Domino:

divenire pasto de' pesci:

Nel fare dalle rupi sgorgare torrenti d'acqua, e seccare il Giordano per aprir loro un passaggio.

Eccitarlo a soccorrere la sua Chiesa, rimostrandogli anche le opere ammirabili della sua potenza nel creare il Sole, e la Luna per servire al giorno, e alla notte:

Nel dare a questo gran Mondo i termini, che a lui è piaciuto, e nel dividere le stagioni a suo beneplacito:

Scongiurarlo per tutti questi effetti della sua potenza di ricordarsi del-

(1) Exod. xvii. 5. 6. Numer. xx. 11.

ad salutem nostram. Cæterum inimicus iste exprobravit tibi Domino: & amens hic populus blasphemavit, & ad iracundiam provocavit numen tuum.

no: & populus insipiens incitavit nomen tuum.

della sua Chiesa contro i suoi nemici, che la perseguitano, e la dividono, ed oltraggiano lui stesso nel perseguitarla:

20. Ne ergo tradas istiusmodi ferocibus bestiis animas, quę licet instar turturis flebili voce, adhuc tibi tamen tuas laudes fatentur, & prædicant: & ne in perpetuum videaris oblivisci animarum, & vitæ pauperum tuorum.

20. *Ne tradas bestiis animas confitentes tibi: & animas pauperum tuorum ne obliviscaris in finem.*

Di non lasciarla più lungo tempo esposta alla loro rabbia, ed alla confusione, di cui essi la ricoprono.

21. Respice ad pactum tuum cum populo tuo, nempe de ipso a te servando: quia tenebriones isti, & terræ obtenebrati homines repleti sunt, & ditati speciosis domibus, sed iniquis, & male sibi acquisitis, atque possessis.

21. *Respice in testamentum tuum: quia repleti sunt, qui obscurati sunt terræ, domibus iniquitatum.*

Di riguardare favorevolmente questa Chiesa, colla quale egli ha fatto eterna alleanza: questa Chiesa ch'ei ha renduto sì pura, e che ha ritirato dall'amore delle cose della Terra:

22. Ne, quæso, Domine, populus tuus humilis jam & abjectus factus, revertatur a conspectu tuo pudore suffusus, non impetrato auxilio, quod a te sperat: nam pauper, & inops

22. *Ne avertatur humilis factus confusus: pauper, & inops laudabunt nomen tuum.*

Di non rigettare le umili preghiere, ch'essa gl'indirizza; e di non lasciare più lungo tempo nella confusione questa Chiesa, ove gli si dan-

23. *Exur-*

inops laudabunt nomen tuum.

23. Surge, ut ita dicam, a patientia tua, ò Deus: & judica, ac defende causam hanc, non tam nostram, quam tuam: memento opprobriorum illorum, quæ totâ die contra te ab insipiente hoste fiunt.

24. Ne videaris veluti oblivisci eas voces, vel probrosas illorum inimicorum tuorum contra te bellantium, vel supplices famulorum tuorum te quærentium, atque deprecantium: nam superbia, sonitus & tumultus eorum, qui te oderunt, ascendit jugiter, & per omnia crescit, fitque semper major in dies.

23. Exurge Deus judica causam tuam: memor esto improperiorum tuorum, eorum quæ ab insipiente sunt tota die.

24. Ne obliviscaris voces inimicorum tuorum: superbia eorum, qui te oderunt, ascendit semper.

danno vere lodi per un perfetto distaccamento da se medesimi, e da tutte le cose del Mondo.

Rappresentargli in fine, che sua è la causa della sua Chiesa, e che gli oltraggi, che ad essa si fanno, ricadono sopra di lui.

E che quanto più egli differirà di umiliare i suoi nemici, tanto più crescerà il loro orgoglio, e più si dilaterà lo scisma.

PSAL-

PSALMUS LXXIV.

PAzienza della Chiesa nelle persecuzioni, che ella soffre. Compassione che gli si deve. Tenerezza, con la quale esorta i suoi persecutori per loro proprio interesse, a cessare da perseguitarla, assicurandoli della sua durata, malgrado tutti i loro sforzi per distruggerla.

Imitare la pazienza della Chiesa, e la sua mansuetudine verso i nostri persecutori.

In finem: Ne corrumpas. Psalmus cantici Asaph.

In perpetuum decantandus forte ad modulamen illius cantilenæ, quæ incipiebat, *Ne disperdas*. Psalmus cantici inspiratus Asapho Levitæ cantori.

PROPHETA. Fatebimur tibi tuas laudes, ô Deus: fatebimur, inquam, laudes tuas, & numen tuum invocabimus.

Confitebimur tibi Deus: confitebimur, & invocabimus nomen tuum.

Considerare qui la Chiesa perseguitata, continuando a dar lodi a Dio, ed a raccontare le sue maraviglie:

2. Et admirabilia judicia tua, & opera enarrabimus. DEUS. Cum advenerit a me statutum, ac definitum judicii tempus, ego, quę justa sunt, & recta judicabo.

2. *Narrabimus mirabilia tua: cum accepero tempus, ego justitias judicabo.*

Ed aspettare il tempo, che Dio ha destinato per farle giustizia de' suoi persecutori, e coronare la sua pazienza.

3. Tunc in die judicii igne dissolvetur quasi liquefacta Terra, omnesque animantes, qui habitant in ea: ego enim sum,

3. *Liquefacta est Terra, & omnes, qui habitant in ea: ego confirmavi*

Riguardare con compassione lo stato, ove i suoi nemici l' hanno ridotta: ma ricordarsi

sum, qui ut volui, firmavi ejusdem Terræ fundamenta stabilia, quasi firmas, & stabiles columnas.

vi columnas ejus.

darsi nel tempo stesso, che Iddio la sostiene, e la rende immobile.

4. PROPHETA: Dixi iniquis transgredientibus legem Dei: *Ne divinam legem transgrediamini*: & dixi iis, qui peccant: *Ne exaltetis quasi cornu quoddam taurorum vestram potentiam, ac superbiam.*

4. *Dixi iniquis*: Nolite inique agere: *& delinquentibus*: Nolite exaltare cornu.

Ascoltare questa madre afflitta, che esorta i suoi figliuoli ribelli a cessare di sollevarsi contro Iddio, sollevandosi contro di lei:

5. *Ne extollatis, inquam, in altum quasi cornu, robur virium vestrarum: & ne loquamini injustum aliquid contra Deum.*

5. Nolite extollere in altum cornu vestrum: nolite loqui adversus Deum iniquitatem.

A non misurare le loro forze con quelle di Dio, e a non spingere più innanzi la loro insolenza contro di lui.

6. *Quia de judicio, & manu Dei vos erepturus, nemo vobis adveniet neque ab Oriente, neque ab Occidente, neque a Meridionalibus his desertis montibus: nam Deus omnipotens, & non imbecillis homo, judex est vester.*

6. Quia neque ab Oriente, neque ab Occidente, neque a desertis montibus: quoniam Deus judex est.

Ascoltarla, dissi, avvertendoli delle vendette di Dio, perchè essi le prevengano colla penitenza.

7. *Qui juste hunc deprimit, & illum exaltat; & quia in ejusdem*

7. Hunc humiliat, & hunc exaltat: (1) quia

Insegnando loro queste verità importanti; che Id-

(1) 1. Reg. II. 7.

dem Dei manu, & potestate est poculum acerbissimæ punitionis, quasi plenum mixtione varia, & turbida vini fortis, & meraci, aquâ non contemperati.

quia calix in manu Domini vini meri plenus mixto.

Iddio sa abbassare, ed inalzare, affliggere, e consolare, quando gli piace.

8. *Et sane inclinavit hujusmodi poculum ex hac parte in hanc aliam partem, diversis propinando bibendum; attamen necdum idem poculum evacuatum est, vel ejus fæx exhausta; quam ex eo divinæ punitionis poculo indubitanter bibent omnes peccatores Terræ.*

8. Et inclinavit ex hoc in hoc, verumtamen faex ejus non est exinanita: bibent omnes peccatores Terræ.

Ch'egli presenta a' suoi figliuoli la tazza del fiele delle afflizioni, mescolato col vino delle consolazioni; ma che ne riserva la feccia a' suoi persecutori.

9. Cæterum ego gaudens, hanc divinæ justitiæ æquitatem narrabo in sæculum: & psalmos cantabo in honorem Dei, quem colit progenies patriarchæ Jacobi.

9. *Ego autem annunciabo in sæculum: cantabo Deo Jacob.*

Ascoltare finalmente la Chiesa, che dichiara a' suoi persecutori, ch' essi indarno tentano di distruggerla, avendo le promesse di Dio in favore della sua durazione fino alla fine de' secoli: E delle vittorie, ch' ella riporterà de' suoi nemici, ancorchè questi siano in qualsivoglia maniera potenti, e facciano qua-

10. Deus. Et ego Deus omnia cornua, & robora superbiæ peccatorum hominum confringam: & a me exaltabuntur cornua, & robora gloriæ, ac dignita-

10. *Et omnia cornua peccatorum confringam: & exaltabuntur cornua justi.*

tatum hominis justi.

qualunque sforzo contro di essa.

PSALMUS LXXV.

VAntaggi dell'anima fedele, ed i favori, che ella ottiene da Dio, mentre egli abissa i peccatori; la dolcezza del suo giudizio è per lei, ed il rigore per essi.

Attaccarsi a Dio con inviolabile fedeltà, e per mezzo di essa rendersi degni delle sue bontà.

In finem, in laudibus: Psalmus Asaph, canticum ad Assyrios.

In finem decantandus cum instrumentis musicis carminum. Psalmus inspiratus Asapho levitæ cantori. Canticum de victoria contra Assyrios.

PROPHETA. Deus plenius perfectiusque cognosci potest in terra Judææ: ejusque nomen magnum esse cognoscitur, & magni fit in populo Israelitico.

Notus in Judæa Deus: in Israel magnum nomen ejus.

Persuadersi di questa importante verità, che Iddio non è veramente conosciuto, se non dall'anima fedele; ch'ella sola gli rende il culto, che a lui piace.

2. Factus est enim locus tabernaculi ejus in urbe pacifica Salem, (quo nomine significatur *Pax*) & habitaculum ejus factum est in eadem urbe Sion.

2. *Et factus est in pace locus ejus: & habitatio ejus in Sion.*

Ch'ella sola è il suo soggiorno, e le sue delizie:

3. Illic, in Judæa nempe, sæpè confregit

3. *Ibi confregit potentias*

Ch'ella sola vive in una solida pa-

git potentes volitantesque sagittas arcuum: & contrivit scutum, gladium, & quodvis bellicum instrumentum inimicorum nostrorum belligerantium nobiscum.

tias arcuum: scutum, gladium, & bellum.

pace, per la vittoria, ch'ei le fa riportare sopra tutti i suoi nemici:

4. Te Domino mirabiliter lucem adjutorii tui nobis afferente, quodammodo ab istis montibus ab initio sæculi conditis, & ad finem sæculi duraturis, ubi est sancta domus tua; omnes inimici hi nostri insipientes, & superbi corde turbati sunt, & spoliati sunt.

4. Illuminans tu mirabiliter a montibus æternis: turbati sunt omnes insipientes corde.

Ch' ella sola riceve i veri lumi, i quali la stabiliscano in questa pace; mentre che non vi è se non turbazione, e confusione in tutto il rimanente degli uomini:

5. Et dormierunt somnum suum, nempe mortis: & nihil potentiæ, gloriæ, & opum invenerunt omnes hi viri divites, qui prius robusti erant manibus, & operibus suis.

5. Dormierunt somnum suum: & nihil invenerunt omnes viri divitiarum in manibus suis.

Ch' ella sola, benchè spogliata di tutti i beni del Mondo, si arricchisce, nel tempo stesso, che quei, che li possiedono, e se ne occupano, cadono nell' estrema miseria:

6. Propter objurgationem, & castigationem tuam severam, ò Deus Jacobi, dormitaverunt, & consopiti morte, vires perdiderunt viri isti bellatores; qui prius equos & currus

6. Ab increpatione tua Deus Jacob: dormitaverunt, qui ascenderunt equos.

Ch'ella sola finalmente vive in una profonda pace, senza temer niente, nè da Dio, nè dagli uomini.

rus ascendebant ad prę-liandum.

7. Tu tremendus es, & quis adversum te stabit? ab antiquo namque tempore semper invincibilis manet ira, & punitio tua.

7. *Tu terribilis es, & quis resistet tibi? ex tunc ira tua.*

Persuadersi, che Iddio farà apparire la sua vendetta contro i cattivi ricchi, ed i superbi:

8. De cœlo audire fecisti judicium tuum, jaculando tonitrua & fulmina, in cœlo & aere excitata: & ita Terra nostra cum habitatoribus suis prius timuit quidem, atque contremuit, sed postea pacata quievit & tacuit,

8. *De cœlo auditum fecisti judicium: Terra tremuit, & quievit;*

Che la severità del suo giudizio contro di loro farà tremare tutta la terra, e la getterà nella estrema confusione:

9. Cum tu, Deus, quasi surrexisses ad faciendum judicium, & stragem hostium nostrorum: ut salvos faceres omnes, qui mites erant, & quieti in Terra nostra.

9. *Cum exurgeret in judicium Deus: ut salvos faceret omnes mansuetos Terræ.*

E ch'ei pronunzierà contro di loro la sentenza di morte e di morte eterna, nel tempo stesso, che chiamerà i suoi servi fedeli ad una vita, ed a' beni, che non averanno mai fine.

10. Hominis profecto cogitatio indignabunda, & irarum plena, qualis erat inimicorum nostrorum contra nos, materia, & argumentum erit nobis fatendi tibi debitas laudes: & reliquiæ ejusmodi humanæ cogitatio-

10. *Quoniam cogitatio hominis confitebitur tibi: & reliquiæ cogitationis diem festum agent tibi.*

Questi servi, dissi, i quali avendo riposto tutti i loro piaceri in occuparsi in Dio nel tempo, se ne occuperanno per tutta l'eternità con delizie incredibili.

tio- 11. Vo- In-

tionis, & irarum, quæ supersunt in memoria nostra, materiæ, & occasiones erunt nobis celebrandi festa ad laudem tuam.

11. Vovete igitur, & persolvite ea, quæ voveritis Domino Deo vestro, ò vos omnes, qui circum ipsius Dei templum consistentes, dona offertis

11. Vovete, & reddite Domino Deo vestro: omnes, qui in circuitu ejus affertis munera.

Incoraggirsi per la considerazione di tutti questi vantaggi, a rendersi fedeli a Dio nei voti, nelle promesse, e ne' doni, che gli si fanno.

12. Eidem Domino tremendo, & auferenti, cum vult, spiritum, respirationem, & animam principum; eique, qui tremendus est ab omnibus regibus Terræ.

12. Terribili, & ei, qui aufert spiritum principum: terribili apud reges Terræ.

Temere questo Dio potente, e terribile, il quale è il padrone della sorte, e della vita dei Re.

PSALMUS LXXVI.

Esaminare la nostra vita per vedere quale sarà la nostra eternità. Non perdersi di animo nelle prove, alle quali Iddio ci espone. Pensare ai favori, che egli ha fatto a coloro, ch'egli ha afflitto, e sperare di riceverne de' più grandi. Adorare la condotta di Dio sopra di noi, e sottomettervisi con docilità.

Desiderare di entrare in queste vie di Dio, e di camminarvi fedelmente fino alla fine.

In finem, pro Idithum. Psalmus Asaph.

Psalmus in perpetuum decantandus: qui datus fuit Idithum levitæ cantori ad cantandum: inspiratus autem fuit Asapho item levitæ, & cantori.

PROPHETA. Voce mea clamavi, & imploravi Dominum: voce, inquam, mea ad Deum emissa, & ipse mihi toto affectu clamanti aurem præbuit, ac benignus attendit.

Voce mea ad Dominum clamavi: voce mea ad Deum, & intendit mihi.

Innalzare le grida verso Dio, sentendo la propria miseria; e perseverare fintanto, che siamo esauditi.

2. In tempore afflictionis meæ Deum exquisivi, & ad eum confugi: noctu quoque manibus meis extensis coram eo assidue; & non me fefellit spes, quam in eo ego collocaveram.

2. *In die tribulationis meæ Deum exquisivi, manibus meis nocte contra eum: & non sum deceptus.*

Pregare in tempo di afflizione, tempo favorevole per pregare, e per ottenere le domande.

3. Anima mea noluit consolationem ullam admittere extra Deum: recordatus sum misericordiæ Dei, & lætatus sum; & cogitabundus memetipsum exercui, meditando grandia mala mea, & propter timiditatem animus me defecit.

3. *Renuit consolari anima mea, memor fui Dei, & delectatus sum: & exercitatus sum, & defecit spiritus meus.*(1)

16. Et integritati, & firmitati pristinæ eam restitue, quam olim plantavit dextera tua: & visita super omnem hominem filium gentis nostræ, quem tuo auxilio roborasti in tuum honorem, & gloriam.

16. *Et perfice eam, quam plantavit dextera tua: & super filium hominis, quem confirmasti tibi.* (1)

A perfezzionare in essa la sua opera, colmandola ancora di nuovi favori;

17. Nam vinea hæc tuâ igne jam succensa est, & dituta, atque inimicâ manu effossa est, & a radicibus eversa;

17. *Incensa igni, & suffossa: ab increpatione vultus tui peribunt.*

Ad impedire la sua desolazione, richiamando i suoi figliuoli da' loro sviamenti;

Fa-

(1) Psalm. LXXXVIII. 22.

ſa ; & ſi diutius ira tua duraverit, ob indignationem faciei tuæ contra nos, funditus peribunt filii gentis noſtræ, qui hâc vineâ ſignificantur.

bunt.

18. Fiat ergo nunc ab omnipotenti manu tua adjutorium in omnem virum e gente noſtra, quem dexterâ tua acquiſiviſti, atque defendis : & in omnem hominem noſtratem, quem auxilio tuo corroboraveris in honorem tuum, & gloriam.

18. *Fiat manus tua ſuper virum dexteræ tuæ : & ſuper filium hominis, quem confirmaſti tibi.*

Facendoli rientrare nell'innocenza, mediante una rinunzia totale alle coſe del Mondo, e di loro ſteſſi;

19. Et ſic nos a te & a timore, & amore tui amplius non recedemus : tu nos pene mortuos vivifica, atque recrea ; & nos divinum numen tuum ſemper invocabimus, atque colemus.

19. *Et non diſcedimus a te, vivificabis nos : & nomen tuum invocabimus.*

Unendoli a lui per mezzo di una coſtante carità, di una vita ſanta, e di un'umile riconoſcenza.

20. Domine Deus, qui poteſtatem habes in omnes exercitus, converte nos ad te colendum, ac diligendum, & in gratiam recipe nos : & ſplendentem faciem tuam nobis oſtende, atque propitiam, & ſic ſalvi erimus.

20. *Domine Deus virtutum converte nos : & oſtende faciem tuam, & ſalvi erimus.*

20. Deſiderare con tutto il cuore queſti felici cangiamenti, i quali rendono Iddio ſempre favorevole alla ſua Chieſa, ed aſſicurano la ſalute de i ſuoi figliuoli.

PSAL-

PSALMUS LXXX.

Gioja, che si deve avere di essersi convertiti. Condotta che si deve tenere con Dio, per rendersi degni di perseverare sino al fine nell'innocenza. Felice il giorno, che finì il peccato in noi. Amare questo giorno, e amarlo in tutti i giorni della nostra vita.

In finem, pro torcularibus, Psalmus ipsi Asaph.

In perpetuum decantandus Psalmus super modulamine consueto in torcularibus; inspiratus Asapho levitæ cantori: usitatus quinta die septimanæ.

PROPHETA. Cum exultatione laudate Deum adjutorem nostrum: jubilate in honorem Dei, quem colit populus Jacobo prognatus.

Exultate Deo adjutori nostro: jubilate Deo Jacob.

Rallegrarsi nel Signore, ed aggiugnere al proprio godimento una tenera riconoscenza.

2. Assumite in ore vestro carmen, & date manus in tympano: & in jucundo musico instrumento, quod appellatur psalterium, & una cum citharâ ea pulsate.

2. *Sumite psalmum, & date tympanum: psalterium jucundum cum cithara.*

Dar contrassegni dell'uno, e dell'altra con tutti i mezzi possibili, ed in tutte le maniere.

3. Et canite tubâ cornea in mensis septimi novilunio, hoc est, in initio mensis: die nimirum insigni solemnitatis vestræ.

3. *Buccinate in Neomenia tubâ: in insigni die solemnitatis vestra.*

Pubblicare da pertutto le grazie, che si sono ricevute da Dio nel convertirsi, e distinguere questo giorno da tutti gli altri.

4. Quia de festo hoc sic celebrando præceptum

4. *Quia præceptum in If-*

Seguire nella legge nuova questo

ptum datum est in populo Israelitico: & quia ita faciendum judicavit, & decrevit Deus Jacobi.

5. Quod præceptum, atque decretum ad testimonium, & memoriam beneficiorum suorum Deus posuit in populo Hebræo, ex quo erat Joseph, cum exisset ille de terra Ægyptia: & præsertim ob memoriam illius beneficii, quo audivit in monte Sinai linguam, quam antea numquam noverat, nempe vocem Dei terribiliter loquentem decem præcepta legis.

6. Et eo quod Deus amoverit a ferendis in Ægypto laterum oneribus dorsum ejusdem populi sui: quando cogentibus Ægyptiis, manus ejus serviebant in portando cophino palearum luti, & laterum.

7. Deus. In tribulatione illa invocasti me popule mi: & ego Deus liberavi te ab eâ Ægyptia ser-

Israel est: (1) *& judicium Deo Jacob*.

5. *Testimonium in Joseph posuit illud, cum exiret de terra Ægypti: linguam, quam non noverat, audivit*.

6. *Divertit ab oneribus dorsum ejus: manus ejus in cophino servierunt*.

7. *In tribulatione invocasti me, & liberavi te: exau-*

sto costume, ordinato da Dio nell' antica, in favore di un tal giorno:

Questo giorno, dico, nel quale siamo felicemente usciti dallo stato del peccato;

E dalla servitù del Demonio, e delle proprie passioni.

Riconoscere continuamente, che di questa liberazione siamo debbi-

(1) Exod. II. 23. XIV. 10.

servitute: & exaudivi te tuasque petitiones adimplevi, cum adessem tibi, licet absconditus in tempestate, & tonitru, quibus in mari rubro interficiebam Ægyptios, & subvertebam currus eorum; & ferebantur ulterius in mare profundum: sed & post hæc fidem; & fiduciam tuam in me exploravi in deserto apud aquas, quæ ex murmure tuo dictæ sunt aquæ *contradictionis & jurgii*: ut te ipse experimento probares, & inspiceres, quam cito ingratus esses beneficiis meis.

(1) *exaudivi te in abscondito tempestatis: probavi te apud aquam contradictionis*. (2)

bitori alla bontà di Dio, e prepararsi alle prove alle quali gli piacerà di metterci.

8. Audi popule mi, & testificabor tibi quid a te velim, o Israel. Si mihi auscultaveris, & obediveris, non erit in te Deus aliquis novus, humano ingenio adinventus; & excogitatus: nec adorabis Deum aliquem peregrinum aliarum nationum exterarum.

8. *Audi populus meus, & contestabor te: Israel si audieris me, non erit in te Deus recens, neque adorabis Deum alienum.*

Servire un Diò sì grande, e sì buono, e non servire se non lui solo.

9. Ego enim sum solus

9. *Ego enim sum*

Abbàndonarsi al-

[1] Exod. xvii. 5. 7. Numer. xx. 13. [2] Psalm. xlix. 7.

lus Dominus Deus ille tuus, qui eduxi te de terra Ægyptia: & tunc cum me audieris, aperi, & dilata ad largas multasque petitiones os tuum, & ego adimplebo, atque perficiam quæcumque petieris ore tuo in oratione.

sum Dominus Deus tuus, qui eduxi te de terra Ægypti; dilata os tuum & implebo illud.

alle sue paterne cure per tutti i bisogni della vita, acciocchè niuna cosa ci distragga dall' attaccamento, e dalla sommissione, che gli dobbiamo.

10. Et populus tamen meus non auscultavit vocem meam; & populus Israeliticus non attendit ad me loquentem & jussa mea neglexit.

10. *Et non audivit populus meus vocem meam: & Israel non intendit mihi.*

Non imitare quest'antico popolo, nello scordarsi, com'ei fece, di ascoltarlo, e seguirlo.

11. Unde & ego in pœnam peccati sui permisi eos ruere, & ferri præcipites, prout eos trahebant prava desideria, & affectiones cordis ipsorum: & me eos deserente ambulabunt, & vivent in ejusmodi vanis consiliis, & pravis affectionibus suis.

11. *Et dimisi eos secundum desideria cordis eorum, (1) ibunt in adinventionibus suis.*

Rendersi per l' opposto, docile alla sua voce; seguire i suoi disegni, e non farne veruno, se non dipendentemente da lui.

12. Si populus meus Israeliticus mihi auscultasset, & si in viis modisque vivendi a me præscriptis incessisset, & vixisset;

12. *Si populus meus audisset me: (2) Israel si in viis meis ambulasset. (3)*

Rendersi degni per la sommissione a' suoi comandi, e per la fedeltà nel caminare per le sue vie,

13. Nullo labore uti-

13. *Pro nihilo*

Di riportare sem-

[1] Act. XIV. 15. [2] Isai. XLVIII. 18. [3] Baruch III. 13.

utique, & sine ulla dilatione humiliassem, ac depressissem inimicos eorum: & extendissem ulctricem manum meam ad perdendum eos, qui ipsos tribulant.

bilo forsitan inimicos eorum humiliassem: & super tribulantes eos misissem manum meam.

sempre la vittoria sopra i nemici della nostra innocenza;

14. PROPHETA. Ex populo Domini plurimi odiendo eum, & præcepta ejus, effecti inimici ipsius, eidem mentiti sunt, negando promissam fidem, & obedientiam mandatorum: sed erit tamen tempus, & calamitatis & punitionis eorum in æterna sæcula sine fine.

14. *Inimici Domini mentiti sunt ei: & erit tempus eorum in sæcula.*

Di perseverare sino alla fine, malgrado tutti i loro sforzi;

15. Cum tamen, & Deus servando promissa sua, infidos illos, & ingratos cibaverit medullâ tritici, & optimo pane in terrâ sanctâ campestri: eosque satiaverit melle collecto, non ex alvearibus modo, sed ex petra etiam, mellificantibus ibi apibus præ copia, aliisque mellitis, & dulcibus fructibus perceptis ex locis petrosis, atque saxosis ejusdem terræ sanctæ.

15. *Et cibavit eos ex adipe frumenti: & de petra melle saturavit eos.* (1)

E di essere nudriti nel Cielo delle vivande deliziose, di cui quelle del Deserto non furono se non la figura.

PSAL.

[1] Deuter. xxxii. 13.

PSALMUS LXXXI.

COme si debbono riguardare i giudici sopra la terra, e come questi debbono riguardare se stessi: Loro doveri, ed il conto che dovranno rendere de' loro giudizj.

Rispettare i giudici, e guardarsi bene di condannarli ne' loro giudizj.

Psalmus Asaph.

Psalmus inspiratus Asapho levitæ cantori.

PROPHETA. Deus judex supremus omnium, stetit in cœtu judicum terræ, qui cum sint ejusdem Dei ministri, & vicem ejus gerant, terrestres quidam Dii vocantur in terra. Porro in medio cœtu illo ipsos judices, & Deos terrestres, eorumque judicia ita redarguit, ac dijudicat

Deus stetit in synagoga Deorum: (1) *in medio autem Deos dijudicat.*

Rispettare i giudizj, che rendono i giudici sulla Terra, poichè Iddio presiede fra di loro, e giudica con essi.

2. DEUS. Usquequò vos judices ministri, & delegati mei in administratione justitiæ, judicatis inique? & usquequò personas potentium hominum peccatorum accipitis considerandas, & in gratiam illorum ad causam

2. *Usquequò judicatis iniquitatem: & facies peccatorum sumitis?*

Considerare dalla parte de' giudici questa importante verità, affinchè giudicando con Dio, non pensino se non ad amministrar la giustizia:

---

[1] Eccl. v. 8.

sam, & jus ipsum non attenditis?

3. Reddite justum judicium egeno, & pupillo, sine respectu ad potentiores adversarios eorum: & miserum depressum, & pauperem, cum injustè fuerint accusati, justos declarate, & absolvite.

4. Eripite pauperem, & egenum: & de vi, & manu peccatorum eos liberate.

5. Judices isti non cognoverunt bonum operari, nec intellexerunt legem, & in tenebris vel ignorantiæ legis meæ, vel avaritiæ, & malitiæ suæ ambulant, & vitam suam ducunt: & propter eorum ignorantiam, & malitiam movebuntur, & sus, atque deorsum subvertentur omnia jura & leges, quæ sunt fundamenta justitiæ, quibus fundatur, atque bene constituitur quævis respublica Terræ.

6. Ego

3. Judicate egeno, & pupillo: humilem, & pauperem justificate.

4. Eripite pauperem, & egenum: (1) *de manu peccatoris liberate.*

5. Nescierunt, neque intellexerunt, in tenebris ambulant: movebuntur omnia fundamenta terræ.

6. Ego

Essi sostengono il debole contro il forte;

E lo tirano fuori dall' oppressione, ch'ei soffre, e dalla violenza, che gli si fa.

Temere di far ingiustizia, o per ignoranza, o per negligenza di applicazione, o per non esser capace di fare un giusto discernimento.

Ri-

---

[1] Proverb. xxiv. 11.

6. Ego vobis dixeram, quod mea delegatione mei vicem gerentes, essetis veluti quidam Dii terrestres: & omnes vos essetis digniores filii Dei altissimi, communicatâ vobis divinâ potestate judicandi alios.

6. *Ego dixi*: Dii estis: & filii excelsi omnes. (1)

Ricordarsi della propria dignità, ma non dimenticarsi dell'obbligo, a cui ella impegna:

7. Sed vos abusi eâ potestate, eo quod male judicaveritis, morituri tandem estis sicut cæteri homines abjectissimi: & casuri estis unusquisque vestrum in tormenta, & supplicia æterna, ut unusquispiam ex principibus, sive dæmonibus, sive tyrannis, qui demergitur in infernum.

7. *Vos autem sicut homines moriemini: & sicut unus de principibus cadetis.*

E quanto sarà funesta la morte di un perverso giudice.

8. Propheta. Surge tu Deus, & per temetipsum judica habitatores orbis terræ, sublatis judicibus iniquis; tu enim totum orbem terræ cum omnibus quibuslibet nationibus suis jure tuo proprio, atque supremo possidebis semper.

8. *Surge Deus judica terram: quoniam tu hæreditabis in omnibus Gentibus.*

Tremare pensando, che si renderà conto a Dio, come a supremo giudice, di tutti i giudizj, che si saranno renduti sulla Terra.

(1) Joh. x. 34.

PSALMUS LXXXII.

LA Chiesa perseguitata ne' veri Fedeli. Disegni di Dio nella persecuzione, che si fa a' suoi servi. Vendette che ei prende, quando gli piace, de' loro persecutori.

Adorare i disegni di Dio in tutte le avversità, che ci tiriamo addosso in servirlo, e soffrirle costantemente.

Canticum Psalmi Asaph.

Psalmus decantandus cantu vocis inchoante, & instrumento musico subsequente: inspiratus Asapho levitæ & cantori.

PROPHETA. O Deus ecquis similis erit tui? quive tibi resistere poterit? ne ergo diutius videaris quasi tacere de rebus nostris, nosque dissimulare, neque amplius mitescas ò Deus.

Deus quis similis erit tibi? ne taceas, neque compescaris Deus.

Prevenire il silenzio di Dio, e la sua dimenticanza colla sollecitudine d' invocarlo con fiducia nelle persecuzioni, che si fanno alla sua Chiesa.

2. Quia ecce inimici tui tumultuati sunt strepitu, clamore, & sonitu tubæ ad bellum: & qui te oderunt, levaverunt caput, se superbe extollentes.

2. *Quoniam ecce inimici tui sonuerunt: & qui oderunt te extulerunt caput.*

Rappresentargli con quale insolenza, e con qual fierezza li suoi nemici l'attaccano,

3. Contra populum tuum nequiter tractantes, astute cogitaverunt consilium malignum: & consiliati sunt adversus nos tibi sanctificatos, & consecratos, & sub tua protectio-

3. *Super populum tuum malignaverunt consilium: & cogitaverunt adversus sanctos tuos.*

Li disegni, che formano contro la medesima:

ctio- 4. Di- Il

ctione abſconditos.

4. Dixeruntque inter ſe de nobis: *Venite, diſperdamus eos funditus, ne ſit amplius ea gens: & ne ultra ſuperſit memoria nominis Iſraelis.*

5. Et quia ſimul tractaverunt, & conſiliati ſunt uno animorum conſenſu, & conſpiratione: & contra te, tuoſque cultores fœdus pepigerunt Idumæi prognati ex Edom, ſive Eſau filio Iſaaci, habitantes in tentoriis, & Arabes ex Iſmahele filio Abrahæ.

6. Moabitæ ex Lot, & Saraceni ex Agar, Gabalitæ & Ammonitæ ex Lot, & Amalecitæ ex Amalech nepote Eſau: Paleſtini ex alieno & extraneo genere huc profecti una cum habitatoribus civitatis Tyri,

7. Cum quibus & Aſſyrii venerunt, & facti ſunt adjutores illis poſteris Lot.

8. Fac

4. *Dixerunt:* Venite, & diſperdamus eos de Gente: & non memoretur nomen Iſrael ultra.

5. *Quoniam cogitaverunt unanimiter ſimul: adverſum te teſtamentum diſpoſuerunt tabernacula Idumæorum, & Iſmahelitæ.*

6. *Moab & Agareni, Gebal, & Ammon, & Amalech: alienigenæ cum habitantibus Tyrum.*

7. *Etenim Aſſur venit cum illis: facti ſunt in adjutorium filiis Lot.*

8. *Fac*

Il piano, ch'eſſi fanno, e quel, che macchinano per farla perire ſenza poter più riſorgere;

E la lega, che hanno ſtabilito fra di loro per rompere la ſanta alleanza, che Iddio ha fatta con eſſa.

Rappreſentare ancora a queſto gran Dio, che niuna coſa eguaglia il numero de' ſuoi nemici,

E com'eſſi nè ſuſcitano contro di lei continuamente de' nuovi, per far perdere la grazia, e l'innocenza a i fedeli.

Cc 3 Ani-

8. Fac tu illis, Domine, sicut olim fecisti Madianitis tempore Gedeonis: & sicut antea sub ducibus Barach & Debbora feceras Sisaræ principi exercitus, trucidato a fœmina clavo in caput infixo: & Jabino ipsi regi Chananæo, ejusque exercitui ad torrentem Cisson.

8. *Fac illis sicut Madian, & Sisaræ:* (1) *sicut Iabin in torrente Cisson.* (2)

Animarê la nostra fiducia, rammentandoci le cose, che il gran Dio ha operato in favore degli Israeliti; i nemici de' quali erano la figura di quei della Chiesa, com' essi stessi lo sono de' Fedeli.

9. Qui perierunt in Endor prope eumdem torrentem in tribu Manasse: & insepulti & putrefacti, atque contriti, uti stercus fuerunt eidem terræ.

9. *Disperierunt in Endor: facti sunt ut stercus terræ.*

Persuadersi, che Iddio può, quando a lui piace, far loro calpestare sotto i piedi questi nemici a guisa di letame:

10. Effice, quæso, duces & principes eorumdem fœderatorum hostium nostrorum, sicut olim effecisti illos Oreb & Zeb & Zebbee & Salmana Madianitas tempore Gedeonis;

10. *Pone principes eorum sicut Oreb, & Zeb, & Zebee, & Salmana.* (3)

E che per quanto potenti essi siano, li può distruggere in un istante.

11. Omnes, inquam, principes horum hostium nostrorum, qui dixerunt; *Velut hæreditatem propriam possideamus nobis sanctum habitaculum, & altare Dei, & pulchram hanc* ter-

11. *Omnes principes eorum, qui dixerunt*: Hæreditate possideamus sanctuarium Dei.

12. *Deus*

Ricordarsi, che Iddio non prende special difesa se non di quei, che vivono nell'innocenza de' costumi, e lo servono fedelmente.

Che

---

[1] Judic. VII. 22. IV. 7. [2] Judic. V. 21.
(3) Judic. VII. 25. VIII. 12.

terram Judaeam.

12. Deus meus effice eos præcipites, atque ruentes, ficut rotam, quæ volvitur & movetur; nec confiftit in loco declivi: & pone eos in difperfionem quafi ftipulam per aerem raptatam ad præfentiam venti.

12. *Deus meus pone illos, ut rotam: & ficut ftipulam ante faciem venti.*

Che li nemici di quei, che lo fervono in tal maniera, ei riguarda come fuoi nemici.

13. Quomodo ignis, qui comburit fylvam, & quomodo flamma comburens, & devotans fylvas montium;

13. *Sicut ignis, qui comburit fylvam: & ficut flamma comburens montes.*

Ch'effo li lafcia sfogare per qualche tempo contro i fuoi fervi, per compiere i difegni, che ha fopra di loro:

14. Sic eos tu perfequeris tempeftate ultionis tuæ; & in repentino turbine iræ tuæ eos turbabis ac terrefacies.

14 *Ita perfequeris illos in tempeftate tua: & in ira tua turbabis eos.*

Ma che ben prefto dopo li confuma nel fuoco della fua collera, e lafcia andare le loro ceneri in balìa de' venti:

15. Imple facies eorum ignominiâ & pudore ad tempus: & tunc quærent & invocabunt fibi propitium divinum tuum numen, Domine.

15. *Imple facies eorum ignominiâ: & quærent nomen tuum Domine.*

E fa ad effi conofcere la loro debolezza, e la fua potenza colle vittorie, che fa riportare fopra di loro da' fuoi fervi.

16. Et qui non quæfierunt te fibi habere placatum, infractis conatibus fuis turpiter erubefcant: & perpetuo ter-

16. *Erubefcant, & conturbentur in fæculum fæculi: & confundan-*

Effi lo invocano allora, ma in vano; ei rigetta le loro preghiere, e li abbandona al tur-

terrore conturbentur in omnia sæcula: & verecundentur, & pereant.

dantur, & pereant.

turbamento, alla vergogna, e ad una morte miserabile.

17. Et sciant, & agnoscant, quod tibi soli vere competit appellatio Domini: & quod tu solus es altissimus supremus, potestatem habens super totam terram.

17. *Et cognoscant, quia nomen tibi Dominus: tu solus Altissimus in omni terra.*

Imparare da questa condotta di Dio a rispettarlo in quei, che lo servono; e persuadersi, che a questi non si fa guerra giammai impunemente.

PSALMUS LXXXIII.

Ardore, che si deve aver per la Chiesa, poichè Gesù Cristo vi è continuamente presente, e continuamente immolato. Costituire la propria felicità in esservi sacrificato con lui, e nell'essere tutto applicato a servire Iddio. Riporre in questo la vera grandezza. Iddio Signore della grazia, e della gloria. L'innocenza eternamente premiata.

Aspirare a questa felicità di essere unito a Gesù Cristo immolato su' nostri altari, e glorioso nel Cielo.

In finem, pro torcularibus filiis Core Psalmus.

In perpetuum cantandus super modulamine in torcularibus usitato, Levitis cantoribus de progenie Core datus ad cantandum.

Propheta. Quam amabilia sunt habitacula illa tua, Domine exerci-

Quam dilecta tabernacula tua, Domine

Eccitarsi a i medesimi desiderj per le nostre Chiese, ch'

ercituum omnium cœlestium, atque terrestrium desiderat, & præ desiderio deficit me animus meus, properans pervenire ad sacra illa atria tua, Domine.

ne virtutum! concupiscit, & deficit anima mea in atria Domini. (1)

ch' ebbe David per lo Tabernacolo, ed averli anche più ardenti; poichè noi vi abbiamo Gesù Cristo presente, di cui l'arca non era se non la figura.

2. Spiritus & anima mea, & sensus omnes corporis mei exultaverunt desiderio veniendi ad te Deum viventem.

2. *Cor meum, & caro mea exultaverunt in Deum vivum.*

Consumarsi di santa gioja alla vista di un Dio, che dà la vita ai nostri cuori, e a i nostri corpi nell' unire se stesso a noi.

3. Passer equidem invenit sibi domum ubi niduletur: & turtur, & quævis avis sibi quoque invenit nidum, ubi ponat pullos suos.

3. *Etenim passer invenit sibi domum: & turtur nidum sibi, ubi ponat pullos suos.*

Lasciare agli uni l'ambizione di risplendere nel Mondo, agli altri le mire dello stabilimento delle loro famiglie.

4. Sed ego necdum invenire potui altaria tua, ut apud ea habitem, o Domine exercituum omnium, & Rex meus, & Deus meus.

4. *Altaria tua, Domine virtutum, Rex meus, & Deus meus.*

Non pensare se non ad immolarsi con Gesù Cristo nostro Dio, e nostro Re continuamente presente, e continuamente sagrificato su i nostri Altari.

5. Beati certe sunt illi qui habitant in domo

5. *Beati qui habitant in domo*

Non riconoscere altra felicità, che

---

[1] Psalm. xli. 2. 3.

mo tua, Domine: qui & in omnia te sæcula laudabunt.

mo tua, Domine: in sæcula sęculorum laudabunt te.

che quella di essere applicato a lodare Iddio;

6. Beatus ergo ille, cui est auxilium & fortitudo abs te, Domine, collata: qui & in animo suo proposuit ascendere, & profectiones suas ducere, transiens per hanc vallem plorationis & miseriæ, usque ad locum, quem sibi proposuit, nempe ad superna illa tabernacula tua.

6. Beatus vir, cujus est auxilium abs te: ascensiones in corde suo disposuit: in valle lacrymarum, in loco, quem posuit.

A fare coll'ajuto della sua grazia nuovi progressi nel suo amore;

7. Nam & Dominus, qui legem dedit ascendendi in habitacula sua, ipse quoque benedictiones & viatica subsidia dabit ejusmodi viatoribus ascendentibus ad illa: & hi, benedicente Domino, iter suum pergent, & proficient semper ex fortitudine in fortitudinem majorem sibi divinitus collatam: ac demum tandem itinere confecto, ab ipsis in superna illa civitate Sion, in habitaculo suo videbitur Deus summus super omnes, qui ob divinam potestatem sibi communi-

7. Etenim benedictionem dabit legislator; ibunt de virtute in virtutem: videbitur Deus Deorum in Sion.

E a rendersi degni per lo acquisto di tutte le virtù, delle sue benedizioni, e del possesso di lui medesimo nel Cielo.

ni- 8. *Do-* Fa-

nicatam, Dii appellantur in Terra.

8. Domine Deus omnium imperator exercituum cœlestium, atque terrestrium, exaudi orationem meam: ausculta me precantem, ut veniam ad habitacula tua, ò Deus, cui servit populus patriarchâ Jacobo prognatus.

8. Domine Deus virtutum exaudi orationem meam: auribus percipe Deus Iacob.

Fare à Dio incessantemente queste domande,

9. Tu qui instar clypei protector nostri es, ò Deus, vide: & respice, atque intende in faciem ejus, quem tuo chrismate unxisti, & consecrasti Regem.

9. Protector noster aspice, Deus: & respice in faciem Christi tui.

E fargliele a nome di Gesù Cristo.

10. Quoniam melior est dies una in atriis tuis super millia dictum extra domum tuam,

10. Quia melior est dies una in atriis tuis: super millia.

Persuadersi, che vi è maggiore godimento, e soddisfazione in un giorno, servendolo, che in mille, dandosi a i piaceri del Mondo:

11. Ideo elegi magis potius abjectus esse in domo tua, quam habitare splendide in tentoriis temporariis, licet pretiosissimis, hominum peccatorum.

11. Elegi abjectus esse in domo Dei mei, magis quam habitare in tabernaculis peccatorum.

E che vi è più di vera grandezza nell'esser picciolo, ed abietto tra i servi di Dio, che grande, ed onorato tra i peccatori:

12. Quoniam autem Dominus Deus diligit misericordiam facere, & esse veracem in suis pro-

12. Quia misericordiam, & veritatem diligit Deus: gra-

Che Iddio è il Signore della grazia, e della gloria, e che questa egli non

promissis: idcirco & misericorditer gratiam, & veraciter postea gloriam dabit.

gratiam, & gloriam dabit Dominus.

non concede se non a quei, i quali sono stati fedeli alla grazia, vivendo nella carità, e secondo la verità.

13. Nec enim donis suis Dominus privabit eos, qui iter vitæ suæ peragunt cum innocentia morum. Domine Deus omnium imperator exercituum cœlestium atque terrestrium, beatus erit homo ille, qui spem suam in te ponit ad recte, beateque vivendum.

13. *Non privabit bonis eos, qui ambulant in innocentia: Domine virtutum, beatus homo qui sperat in te.*

Persuadersi finalmente, che i beni dell'eternità sono il premio della innocenza; e che la felicità della vita presente consiste in aspirarvi continuamente, e di sperarla dalla bontà di Dio.

PSALMUS LXXXIV.

NOi dobbiamo alla grazia, ed alla misericordia di Dio il perdono de' nostri peccati, e la nostra conversione. Segni, da' quali se ne può giudicare. Dimandare a Dio la nostra conversione con grandissimo ardore, e giudicare da questi segni, se egli ci ha esauditi.

In finem, filiis Core, Psalmus.

In perpetuum decantandus, levitis cantoribus ex progenie Core datus ad cantandum.

PROPHETA. Beneficentiâ tuâ, Domine, olim bene voluisti habitatoribus terræ tuæ Is-

Benedixisti Domine terram tuam: avertisti captivi-

Riconoscere, che Dio ci previene colla sua grazia; e che senza di que-

Iſraeliticæ: & revertere feciſti a captivitate poſteros Jacobi.

2. Remiſiſti populo tuo iniquitates ſuas: & ad hunc modum operuiſti omnia peccata eorum, ne amplius ea videres ad puniendum.

3. Continuiſti, & ſedaſti omnem iram tuam in eos: teque avertiſti ab ira vehemente juſti furoris tui.

4. Nunc ergo conſimiliter converte nos ad te, & reconcilia nos tibi, o Deus, qui das nobis omnem ſalutem & ſanitatem: & averte a nobis indignationem tuam.

5. Num in æternum iratus eris adverſus nos? aut iram tuam extendes, & prolongabis a generatione una ad generationem aliam?

6. Deus tu rurſus benigne converſus ad nos, noſque convertens ad te, reviviſcere nos

vitatem Jacob.

2. Remiſiſti iniquitatem plebis tuæ: operuiſti omnia peccata eorum.

3. Mitigaſti omnem iram tuam: avertiſti ab ira indignationis tuæ.

4. Converte nos Deus ſalutaris noſter: & averte iram tuam a nobis.

5. Numquid in æternum iraſceris nobis? aut extendes iram tuam a generatione in generationem?

6. Deus tu converſus vivificabis nos: & plebs tua læ-

queſta noi non ſiamo ſe non ſchiavi del Demonio, e del peccato.

Che per la ſua ſola miſericordia ei ci perdona, e ſcancella li noſtri falli; e che noi dobbiamo occultarli a' ſuoi occhi mediante la penitenza.

Che per la ſola ragione della ſua bontà non ſiamo puniti dalla ſua giuſta collera.

Chiedergli umilmente, e bramare ardentemente la noſtra converſione, per diſarmarlo intieramente.

Deſiderare di conoſcerne gli effetti, a fine di vegliare a prevenirli.

Non giudicare della noſtra converſione, ſe non da una nuova vita, e dal

nos facito! & ita per te, & in te lætetur populus tuus.

7. Ostende, & exhibe nobis, Domine, effectus misericordię tuę: & salutem, quæ tuum est donum, da nobis.

8. Audiam quid dicat ad me Dominus Deus: loquetur enim de pace, & tranquillitate ad populum suum,

9. Tum ad eos, qui sanctimoniam profitentur, tum ad eos, qui cor suum convertunt ad ipsum Deum.

10. Adest enimverò prope eos, qui illum timent, salus illa, quæ ab eo datur: ut gloria bonitatis ejus habitet, & gloriose resplendeat in terra nostra.

11. In eâ nostri salvatione, quam decreto suo jam præstitit, Dei misericordia, & veritas in servandis promissis sibi invicem occurrerunt, sesequę comple-

lætabitur in te.

7. *Ostende nobis, Domine, misericordiam tuam: & salutare tuum da nobis.*

8. *Audiam quid loquatur in me Dominus Deus: quoniam loquetur pacem in plebem suam.*

9. *Et super sanctos suos: & in eos, qui convertuntur ad cor.*

10. *Verumtamen prope timentes eum salutare ipsius: ut inhabitet gloria in terra nostra.*

11. *Misericordia, & veritas obviaverunt sibi: justitia, & pax osculatæ sunt.*

12. *Ve-*

dal godimento di fare ciò, che Iddio vuole da noi,

Dall'ardente desiderio del perdono de' nostri peccati, e della nostra salute,

Dall'applicazione, che noi abbiamo di ascoltare Iddio in noi stessi, e dalla pace interiore, che ne riceviamo,

Dalla cura, che abbiamo, di rientrare spesso in noi medesimi, per conoscere i movimenti del nostro cuore, e per regolarli;

Dal timore di dispiacere a Dio, e dal desiderio della sua gloria;

Dall' unione della carità, e della verità; della verità condannando noi stessi, quando abbiam torto; della carità, scusan-

plexæ sunt: ejusque justitia vindex peccatorum, & pax atque placatio, quâ pacificatus est nobiscum, sese conjunxerunt, ac invicem sunt deosculatæ.

sando il prossimo quando lo ha: e ciò per l'amore della giustizia, e della pace;

12. Et ita vera probitas morum respondentium verę normę divinorum mandatorum, de habitatoribus terræ exorta est, atque effloruit: & justitia quæ a Deo datur, de cœlo prospexit, & comparuit, ut ad nos descenderet justificandos.

12. *Veritas de terra orta est: & justitia de cælo prospexit.*

Dalla confessione delle nostre debolezze, e de' nostri falli, e dalla sincera riconoscenza che derivi da Dio la nostra giustizia;

13. Nam, & Dominus dabit benignitatem, & suavitatem suam; & sic habitatores terræ nostræ dabunt fructum bonorum operum suorum.

13. *Etenim Dominus dabit benignitatem: & terra nostra dabit fructum suum.* (1)

Dalla riconoscenza, che sempre la sua grazia è quella, che ci fa fare il bene che noi facciamo;

14. Et sane justitia Dei, quâ nos ex peccatoribus justos facit coram eo, præibit ad nos: & tum ipse Deus gressus suos ponet in viam, & veniet ad nos, & apud nos mansionem faciet in æternum.

14. *Justitia ante eum ambulabit: & ponet in via gressus suos.*

E finalmente dalla fedeltà nel camminare nelle sue vie, e nel vivere nella pratica delle virtù.

PSAL-

(1) Psalm. LXVI. 12.

PSALMUS LXXXV.

Necessità di sentire la propria miseria nella preghiera. Pregare con fiducia. Non aspettare aiuti se non da Dio. Far conto di lui, e non far conto de' soccorsi degl' uomini, nè delle proprie forze.

Conoscere la sua miseria, ed i suoi bisogni, a fine di pregare con fervore uguale all'umiltà.

Oratio ipsi David.
Oratio inspirata Davidi.

PROPHETA. Præbe, Domine, aurem tuam mihi acclinato ad terram, & exaudi me: quia ego sum inops, afflictus, & pauper.

Inclina Domine aurem tuam, & exaudi me: quoniam inops & pauper sum ego.

Sentire la propria miseria quando preghiamo, se vogliamo essere esauditi.

2. Custodi animam meam a malo, quia per fidei, & pietatis professionem tibi sacratus sum: salva me servum tuum spectantem in te, ò Deus.

2. Custodi animam meam, quoniam sanctus sum: salvum fac servum tuum Deus meus sperantem in te.

Chiedere a Dio la vita della nostr' anima, attaccarsi a lui solo, perchè ei solo può salvarci.

3. Misereat te mei Deus, quia ad te clamavi, & clamabo tota die, & per singulos dies: & lætifica animam meam servi tui, quia ad te, Domine, elevavi mentem meam.

3. Miserere mei, Domine, quoniam ad te clamavi tota die: lætifica animam servi tui, quoniam ad te, Domine, animam meam levavi.

Persuadersi, che non si ottiene misericordia, se non a proporzione, che si sente la propria miseria; nè si gusta la consolazione, se non a misura dell'afflizione, che si prova.

4. Quo- 4. Quo- Es-

4. Quoniam, Domine, es bonus & suavis, mitis & propitiabilis, & parcens, & copiosus in misericordia erga omnes, qui te invocant & implorant.	4. *Quoniam tu, Domine, suavis, & mitis: & multæ misericordiæ omnibus invocantibus te.*	Esser sensibili agl'effetti della bontà di Dio, e contestargliene la nostra gratitudine.
5. Ideo clementibus auribus accipe, Domine, orationem meam: & attende voci hujus deprecationis meæ.	5. *Auribus percipe, Domine, orationem meam: & intende voci deprecationis meæ.*	Renderlo sensibile alle nostre pene, per la nostra fiducia nella sua protezione.
6. In quovis tempore afflictionis meæ, & nunc potissimum, fiduciâ magna affectuque vehementissimo clamavi ad te, propterea quod sæpe me aliàs exaudisti.	6. *In die tribulationis meæ clamavi ad te; quia exaudisti me.*	Ricordarsi degli effetti, che se ne sono ricevuti nelle occasioni, a fine di animare la nostra fiducia, e rendere più viva la nostra riconoscenza.
7. Non est similis tui in falsis diis Gentium, vel in principibus ministris vicariis deitatis tuæ, Domine: & non est opus aliquod, quod possit æquiparari ad opera miranda tua.	7. *Non est similis tui in diis, Domine:* (1) *& non est secundum opera tua.*	Non riguardare molto gli ajuti, che si ricevono dalle creature, in comparazione di quelli, che Iddio ci concede.
8. Quare omnes gentes quascumque tu fecisti, venient tandem ad agnitionem tui, & procum-	8. *Omnes Gentes quascumque fecisti, venient; & ado-*	Rallegrarsi, che Dio sia conosciuto, servito, e glorificato da tutte le Dd na-

(1) Exod. XV. 11. Deuter. III. 24.

cumbent adorantes coram te; & palam glorioseque laudabunt divinum tuum numen; prædicantes

9. Quod magnus es tu, & faciens opera mirabilia: & quod tu solus es Deus verus & magnus.

10. Doctor & ductor esto mihi, Domine, in lege tua, quæ est via veniendi ad te: sicque ego a te doctus, & ductus, proficiscar, & proficiam in veritate veræ & divinæ sapientiæ: & fac ut lætetur unice in te solo cor meum, ut caste timeat divinum numen tuum.

11. Profitebor tibi, Domine, dignas, quantum potero, laudes tuas affectu toto cordis mei: tuumque divinum numen gloriosissime laudabo in sempiternum.

12. Pro eo quod magna sit misericordia tua er-

dorabunt coram te, Domine: (1) *& glorificabunt nomen tuum.*

9. Quoniam magnus es tu, & faciens mirabilia: (2) *tu es Deus solus.*

10. Deduc me Domine in via tua, (3) *& ingrediar in veritate tua: lætetur cor meum, ut timeat nomen tuum.*

11. Confitebor tibi, Domine Deus meus, in toto corde meo: & glorificabo nomen tuum in æternum.

12. Quia misericordia tua

nazioni.

Che esse rispettino la sua grandezza, siano istruite delle gran cose, che egli ha fatto; e riconoscano, che non v'è altro Iddio, che lui.

Desiderare di battere le vie di Dio, e di osservare le sue sante leggi: unire continuamente nel proprio cuore la gioja di appartenere a lui, e il timore di perderlo.

Lodare Iddio con tutto il cuore, e rendergli continuamente la gloria, che gli è dovuta.

Riconoscere, che alla sua bontà,

(1) Psalm. XXI. 22. (2) Psalm. LXXI. 18. LXXVI. 15.
(3) Psalm. 9. v. XX. v. 4. XXV. 11. CXLII. 8.

erga me; & eo quod animam meam ex inferno extremo, & profundiſſimo liberaveris, ne cò deſcenderet.

tua magna eſt ſuper me: & eruiſti animam meam ex inferno inferiori.

tà, e miſericordia noi dobbiamo la vita della noſtr'anima, e la felice libertà, di cui ella gode nel ſervirlo.

13. O Deus mi, ecce iniqui, & ſuperbi inſurrexerunt adverſum me; & cœtus robuſtorum quæſierunt perdere animam meam, & vitam meam: & non poſuerunt te in conſpectu oculorum mentis ſuæ, ut te revererentur.

13. *Deus, iniqui inſurrexerunt ſuper me; (1) & ſynagoga potentium quæſierunt animam meam: & non propoſuerunt te in conſpectu ſuo.*

Non crederſi ſicuri in queſto ſtato; diffidarſi di tanti nemici interni, ed eſterni, i quali vegliano ſempre per farci cadere.

14. Tu autem, Domine Deus, es miſerator, & clementer miſericors, patienter expectans, & differens pœnam, & multus miſericordiâ, & verax, & fidelis in tuis promiſſis.

14. *Et tu, Domine Deus miſerator, & miſericors: patiens, & multa miſericordiæ, & verax.* (2)

Incoraggirſi nella ſperanza del ſoccorſo di Dio, ſapendo per tante eſperienze, quanto ſi deve far conto della ſua bontà, e della ſua fedeltà.

15. Reſpice ergo ad me, & miſerere mei, ac fortitudinem, & robur, quod tuum eſt donum, da mihi ſervo tuo; & ab illis iniquis inſurgentibus in me, ſalva me filium matris non infidelis, ſed

15. *Reſpice in me, & miſerere mei: da imperium tuum puero tuo, & ſalvum fac filium ancillæ tuæ.*

Scongiurarlo per le medeſime di riguardarci con pietà, di ſoccorrerci, e di farci avere vantaggio ſu li noſtri nemici.

16. *Fac* Dd 2 Di-

(1) Pſalm. LIII. 5.
[2] Exod. XXXIV. 6. Numer. XIV. 18. II. Eſdr. IX. 17. Pſal. CXLIV. 8.

sed fidelis, & ancillæ tuæ, teque colentis.

16. Fac mecum signum aliquod, & indicium in bonum bonæ erga me voluntatis tuæ testimonium, ut illud videant, qui me oderunt: & pudore suffundantur, propterea quod tu mihi auxiliatus fueris, meque fueris consolatus.

16. Fac mecum signum in bonum, ut videant, qui oderunt me, & confundantur: quoniam tu, Domine, adjuvisti me, & consolatus es me.

Dimandargli la grazia, e la forza di fare qualche atto di virtù, che li copra di rossore, e di vergogna; e li persuada, che noi tutto possiamo ajutati dalla sua protezione.

PSALMUS LXXXVI.

Fondamenti della Chiesa, e origine di quelli, che la compongono. Loro innalzamento, e la riconoscenza, alla quale sono obbligati.

Pensare a ciò che siamo stati prima di essere fedeli, a fine di non stimare se non questa qualità.

Filiis Core, Psalmus cantici.

Psalmus traditus levitis cantoribus de progenie Core, decantandus instrumento musico inchoante, & cantu vocis subsequente.

Propheta. Fundamenta, sive argumentum hujus psalmi est de sanctis montibus, ubi constructa est civitas Sion: diligit Dominus portas, & totam urbem ipsam Sion, plusquam reliqua habi-

Fundamenta ejus in montibus sanctis: diligit Dominus portas Sion super omnia tabernacula Jacob.

Ammirare li fondamenti della Chiesa nella Fede de' patriarchi, negl'oracoli de' profeti, nell'incarnazione di GesùCristo, nella sua morte, nella sua resur-

2. Glo-

bitacula, & civitates populi ex progenie Jacobi patriarchæ.

rezione, nella missione degl' Apostoli, e negl'ordini de' Pastori, e la sua preferenza alla sinagoga.

2. Quam gloriosa dicta sunt per prophetas de te, ò Sion, civitas præ cæteris Deo dicata!

2. Gloriosa dicta sunt de te, civitas Dei.

Penetrare nelle sante Scritture per discoprirne le grazie, e la bellezza.

3. Deus. Ego Deus memor ero superbæ olim Ægypti, & Babylonis, jam tandem agnoscentium, atque colentium me in eadem Sione.

3. Memor ero Rahab, & Babylonis, scientium me.

Ricordarsi, che la Chiesa non è composta se non di peccatori, e di Pagani, che la grazia rende giusti, e la fede fedeli.

4. Et ecce Palestini alienigenæ, & gens civitatis Tyri, & populus Æthiopum, hi quoque fuerunt in ea urbe Sion: & ex eisdem nationibus illic plurimi nati sunt.

4. Ecce alienigenæ & Tyrus, & populus Æthiopum, hi fuerunt illic.

Che noi, i quali ne siamo le membra, eravamo stranieri; che non eravamo a parte delle promesse fatte a i figliuoli:

5. Propheta. Nonne Sioni dicet homo, quod & ex omni natione homo natus sit in ipsa: & quod Deus ipse altissimus eam fundaverit?

5. Numquid Sion dicet homo, & homo natus est in ea: & ipse fundavit eam Altissimus.

Che Iddio solo potea fondarla, e stabilirla, e che egli solo può conservarla:

6. Dominus hæc tam gloriosa hujus civitatis narrabit in Scripturis sanctis populorum suorum,

6. Dominus narrabit in scripturis populorum, & prin.

Che ci fa Principi, facendoci entrare in essa, sì perchè ci fa suoi figliuo-

rum, & horum principum, qui fuerunt in ea.

7. Cohabitatio omnium istiusmodi populorum intra mœnia tua, ò Sion, concors est, atque jucunda, veluti magno gaudio collætantium.

principum horum, qui fuerunt in ea.

7. Sicut lætantium omnium, habitatio est in te.

gliuoli, sì perchè ci dà l'imperio su le nostre passioni.

Passare la vita nella riconoscenza di queste beneficenze; e rallegrarsi nella speranza di soggiornare ove questa Chiesa sarà continuamente in gioja.

PSALMUS LXXXVII.

LA preghiera continua di Gesù Cristo nella sua passione, modello della nostra nelle nostre sofferenze. Estremo abbandonamento, in cui egli è, sì per parte di Dio suo padre, sì per parte degl'uomini. Nelle nostre afflizioni avere sempre in vista Gesù Cristo, e attendere con assiduità alla preghiera.

Canticum Psalmi, filiis Core, in finem pro Maheleth ad respondendum, intellectus Eman Ezrahitæ.

Canticum Psalmi, cantu vocis & instrumento musico subsequente cantandum, datum Levitis cantoribus ex progenie Core; præcinendum autem per chorum, ut ab altero choro responderetur, idest repeteretur: plenum intelligentiæ, & eruditionis, inspiratum Eman Ezrahitæ.

PROPHETA. Domine Deus salvator mei, per

Domine Deus salutis meæ

Pregare con perseveranza nelle no-

per diem, & noctem clamavi coram te.

mea: in die clamavi, & nocte coram te.

nostre sofferenze, come Gesù Cristo nelle sue; e aspettare la nostra liberazione ad esempio suo solamente da Dio.

2. Ingrediatur, obsecro, & admittatur coram te acceptabilis oratio hæc mea: & inclina aurem tuam benignam ad deprecationem hanc meam, Domine.

2. *Intret in conspectu tuo oratio mea: inclina aurem tuam ad precem meam.*

Gemere profondamente alla sua presenza, affinchè la nostra orazione possa ascendere per fino a lui, come quella di Gesù Cristo.

3. Quia anima mea repleta est malis; & vita mea jam appropinquavit, ut in infernum descendat.

3. *Quia repleta est malis anima mea: & vita mea inferno appropinquavit.*

Riguardarlo qual uomo di dolori, oppresso dal peso di ogni sorte di afflizioni;

4. Immo jam sum reputatus, annumeratus cum mortuis descendentibus in foveam sepulchri: & factus sum sicut homo invalidus, & omni auxilio destitutus; & numeratus sum inter mortuos, & jam liber a rebus hujus vitæ.

4. *Æstimatus sum cum descendentibus in lacum: factus sum sicut homo sine adjutorio, inter mortuos liber.*

Riputato per nulla tra gli uomini, come se egli non fosse più nel numero de' viventi:

5. Et æstimatus sum sicut vulnerati, & interfecti, projecti, ac dormientes in sepulchris, quorum non amplius recordaris, ut vi-

5. *Sicut vulnerati dormientes in sepulchris, quorum non es memor amplius: &*

Come un uomo percosso da Dio, e di cui la memoria stessa è odiosa.

vitæ restituas ante finem sæculi; cum ipsi & a manu tua, quâ vitam illorum conservabas, sint jam abscissi, atque repulsi.

& ipsi de manu tua repulsi sunt.

6. Positus sum in infimo lacu, in tenebrosis locis, & in profunditatibus, & umbrâ vicinæ mortis.

6. Posuerunt me in lacu inferiori: in tenebrosis, & in umbra mortis.

Come un uomo rovinato, e che non potrà giammai sortire dall' abisso, ove è sommerso.

7. Super me firmiter aggravata est indignatio tua: & super me induxisti altos illos fluctus tuos afflictionum grandium me submergentium.

7. Super me confirmatur est furor tuus: & omnes fluctus tuos induxisti super me. (1)

Riguardarlo, dissi, come il soggetto di tutti li flutti della collera di Dio.

8. Longe fecisti a me notos, & amicos meos; qui noti mei habuerunt me sibi abominandum.

8. Longe fecisti notos meos a me: (2) *posuerunt me abominationem sibi.* (3)

Abbandonato da' suoi amici, e da' suoi prossimi, e divenuto per essi un oggetto di orrore, e di abominazione.

9. Traditus sum manibus inimicorum, & ita undique conclusus, ut & inde egredi non possim: & oculi mei lacrymas effuderunt, & elanguerunt ob inopiam summam, & afflictionem.

9. Traditus sum, & non egrediebar: oculi mei languerunt præ inopia.

Riguardarlo finalmente oppresso da i mali, e dalle afflizioni, per fino a cadere in un'estrema debolezza.

10. In 10. Cla. Am-

[1] Psalm. XLI. 8. (2) Job XIX. 13.
[3] Psalm XXX. 12.

10. In tantis malis clamavi ad te, Domine tota die: & extendi ad te palmas meas.	10. *Clamavi ad te, Domine, tota die: expandi ad te manus meas.*	Ammirare la sua pazienza invincibile, e la sua costanza nella preghiera.
11. Numquid iis, qui mortui jam sunt, facies mirabilia? aut medici mortuos resuscitabunt, ut hi ubi resuscitati fuerint, fateantur tibi in hoc mundo laudes tuas?	11. *Numquid mortuis facies mirabilia? aut medici suscitabunt, & confitebuntur tibi?* (1)	Imparare da lui questo modo di pregare Iddio, impegnandolo ad esaudirlo per l'interesse della sua gloria;
12. Numquid aliquis mortuorum in sepulchro narrabit misericordiam tuam? aut aliquis, qui jam interiit in sepulchro interitûs loco, narrabit veritatem tuam in servandis promissis tuis?	12. *Numquid narrabit aliquis in sepulchro misericordiam tuam: & veritatem tuam in perditione?* (2)	Per le lodi, che egli riceve da quei, che egli esaudisce nelle loro afflizioni; per le testimonianze, che essi rendono della sua bontà, e fedeltà alle sue promesse;
13. Numquid in tenebris sepulchri agnoscentur a cadaveribus mirabilia tua? & justitia tua numquid agnoscetur in terra, quæ oblivioni tradita est?	13. *Numquid cognoscentur in tenebris mirabilia tua: & justitia tua in terra oblivionis?*	E pel conoscimento, che essi danno a gli altri delle sue maraviglie, e della sua giustizia.
14. Ego autem semper ad te Domine clamavi: & a primo mane ante omnia oratio mea	14. *Et ego ad te, Domine, clamavi: & mane oratio mea*	Ammirare altresì la sua costanza nella preghiera: ei la comincia dal buon

[1] Eccli. XVII. 26.
[2] Psalm. VI. 6 XXIX. 10. CXIII. 17. CXVII. 17. Isai. XXXVIII. 18.

mea semper veniet ad te.

15. Quare, Domine, abiicis & a te expellis orationem animæ meæ, ne eam exaudias? & quare me aversaris vultu tuo velut iratus?

16. Pauper sum ego, & semper fui in laboribus & ærumnis ab adolescentia mea: elevatus autem, & grandior, ac provectior factus ætate, magis magisque depressus sum, & destitutus sum, atque conturbatus.

17. Super me transierunt pœnæ inflictæ ab ira tua: & terrores a te immissi me oppresserunt, & conturbaverunt.

18. Quæ pœnæ, atque terrores circumdederunt me quasi aquæ submergentes, & suffocantes tota die: & circumdederunt me pariter eodem tempore

si-

mea præveniet te. (1)

15. *Ut quid Domine repellis orationem meam; avertis faciem tuam a me?*

16. *Pauper sum ego, & in laboribus a juventute mea: exaltatus autem, humiliatus sum, & conturbatus.*

17. *In me transierunt iræ tuæ: & terrores tui conturbaverunt me.*

18. *Circumdederunt me sicut aqua totâ die: circumdederunt me simul.*

19. Elon-

buon mattino, v' impiega il giorno, e vi passa la notte.

Stupirsi della severità di Dio contra il proprio figliuolo, non ascoltandolo, e non gettando sopra di lui neppure un solo sguardo.

Osservare, che questo stato di Gesù Cristo è lo stato della sua vita: che egli l'ha passata tutta ne' languori, nella miseria, nella agitazione, e nel turbamento;

Nella vista continua degli effetti della collera di Dio; nell'apprensione di ciò, ch' egli avea da soffrire;

Non vedendo da tutte le parti se non un diluvio di mali, che vengono a piombare sopra di lui.

E

[1] Psalm. v. 4.

ſimul omnes.

19. Longe feciſti a me amicum, & ſodalem, & notos meos, qui ſe a me abſcondunt, ob extremam ſummamque miſeriam meam.

19. *Elongaſti a me amicum, & proximum: & notos meos a miſeria.*

E privato di ogni conſolazione, sì dalla parte di Dio, come da quella degli uomini steſſi, donde ei dovea maggiormente attenderla.

PSALMUS LXXXVIII.

GRandezza di Dio, e ſua fedeltà nelle promeſſe, che egli ha fatte a Gesù Criſto e alla ſua Chieſa, nella perſona di Davide. Differenza tra Davide, e Gesù Criſto. Durata della Chieſa Criſtiana. Ruina del popolo Giudaico. I loro Re divenuti ſchiavi. Inutilità delle preghiere di queſto popolo, e della ſua aſpettazione delle promeſſe fatte da Dio a Davide.

Rallegrarſi ſopra tutto di eſſere nella Chieſa Criſtiana; perſiſtervi coſtantemente e con la Fede, e co' buoni coſtumi.

Intellectus, Ethan Ezrhaitæ.

Pſalmus intelligentiæ, & eruditionis plenus, inſpiratus Ethan Ezrahitæ.

PROPHETA. Multiplices, & varias miſericordias tuas, Domine, in æternum cantabo.

Miſericordias Domini in æternum cantabo.

Rendere un' omaggio continuo alla miſericordia di Dio.

2. Et veritatem, & fidelitatem promiſſorum tuorum, ore meo po-

2. *In generationem, & generationem an-*

E alla ſua fedeltà nelle ſue promeſſe.

Cre-

posteris annunciabo in omnes ætates.

annunciabo veritatem tuam in ore meo.

3. Quoniam dixisti, quod tua erga nos misericordia in æternum, instar ædificii stabilis durabit· & in ipsis cœlis perpetuis apparabitur, & firmabitur veritas promissorum tuorum, tamdiu duratura quamdiu cœli ipsi.

3. *Quoniam dixisti, in æternum misericordia ædificabitur in cœlis: præparabitur veritas tua in eis.*

Credere, che egli è egualmente misericordioso e fedele; e che sarà sempre tale.

4. Dixisti enim: *Percussi fœdus cum iis, quos ego mihi elegi: & jurando promisi servo meo Davidi, inquiens; Genus stirpis tuæ, o David, stabile apparabo mansurum in æternum usque.*

4 Disposui testamentum electis meis, juravi David servo meo: usque in æternum præparabo semen tuum. (1)

Far conto adunque su le promesse di Dio fatte a Gesù Cristo, e alla sua Chiesa in persona di David;

5. *Et in Messia filio tuo, ædificabo solium regni tui in omnes ætates.*

5. Et ædificabo in generationem, & generationem, sedem tuam.

E ch'ei gli ha fatte con giuramento su la durazione del suo regno.

6. Confiteantur cœlites admirabilia consilia, & opera tua, Domine: quin & veritatem, & fidelitatem promissorum tuorum terrestres etiam confiteantur in congregatione sanctorum.

6. *Confitebuntur cœli mirabilia tua, Domine: etenim veritatem tuam in ecclesia Sanctorum.*

Considerare, che queste promesse sono fatte da questo gran Dio, di cui li Cieli raccontano le maraviglie.

7. Quis 7. Quo- Que-

(1) II Reg. VII. 16.

7. Quis enim in nubibus, & æthere æquiparari poterit, Domino? & quis inter Angelicos illos spiritus filios Dei assimilabitur Domino?

7. Quoniam quis in nubibus æquabitur Domino? similis erit Deo in filiis Dei?

Questo Dio, alla grandezza del quale niente può esser paragonato.

8. Deus, qui glorificitur in concilio sanctorum, magnus, atque metuendus est ultra omnes spiritus illos supernos, qui eum circumstant eique adstant.

8. Deus, qui glorificatur in concilio Sanctorum: magnus & terribilis super omnes, qui in circuitu ejus sunt.

Questo Dio, cui tanti Santi adorano, e che tiene in un profondo rispetto tutti li spiriti Celesti.

9. Domine Deus exercituum omnium cœlestium, atque terrestrium, quis similis tui? Tu solus omnipotens es, Domine, & veritas, atque fidelitas promissorum semper te circumstat, & abs te nunquam recedit.

9. Domine Deus virtutum, quis similis tibi? Potens es Domine, & veritas tua in circuitu tuo.

Questo Dio, di cui la potenza è senza termini, e dal quale la verità è inseparabile.

10. Tu dominaris potestati, & superbiæ procellosi maris: & motum & elationes fluctuum ejus tu comprimis, & mitigas.

10. Tu dominaris potestati maris:(1) *motum autem fluctuum ejus tu mitigas.*

Questo Dio, che comanda al Mare, ed ai Venti, che eccita li suoi flutti, e li farsi da essi obbedire.

11. Tu tam facile confregisti, & humiliasti superbum illum Ægy-

11. Tu humiliasti sicut vulneratum su-

Questo Dio, che sa umiliare gli orgogliosi, e annichila-

---

[1] Psalm. LXIV. 8.

Ægyptium Pharaonem: quàm facilè homo dejiceret aliquem lethaliter vulneratum: & tuo forti brachio dispersisti illos Ægyptios inimicos tuos.

superbum: (1) *in brachio virtutis tuæ dispersisti inimicos tuos.*

lare, quando a lui piace, coloro che osano attaccare i suoi servi:

12. Tui sunt cœli, & terra tua est: orbem terræ, & quidquid in illo continetur, tu fundasti: Aquilonem, & Austrum, ubi proprie est Oceanus, tu creasti.

12. *Tui sunt Cœli, & tua est Terra: Orbem Terræ, & plenitudinem ejus tu fundasti: Aquilonem & mare tu creasti.*

Questo Dio, che è il creatore, e Signore della Terra, e de' Cieli:

13. Occidens, ad quem situs est mons Thabor, & Oriens, versus quem est mons Hermon, te creatorem suum agnoscunt: tuumque nomen tacitis suis vocibus semper cum exultatione laudari facient ab hominibus: & brachium tuum est cum summâ potentiâ, ac fortitudine.

13. *Thabor & Hermon in nomine tuo exultabunt: tuum brachium cum potentia.*

Questo Dio, che sa soggettare alla sua potenza tutto ciò, che v' ha di più grandioso sopra la Terra:

14. Firma igitur robusta, atque inexpugnabilis esse ostendatur omnibus manus tua, & excelsa esse demonstretur dextera tua; solium

14. *Firmetur manus tua, & exaltetur dextera tua: justitia, & judicium præparatio*

Questo Dio, di cui la forza è invincibile, e di cui la giustizia, e l'equità non si possono corrompere.

Que-

(1) Exod. xiv. 28.

lium regni tui firmiter situm est in justitia, & judicio justo.

tio sedis tuæ. (1)

15. Misericordia tamen, & veritas promissionum tuarum semper incedent ante conspectum tuum: quia ita justus es judex, ut sis quoque misericors pater, & verax promissor. O beatum populum illum fidelem, qui novit jubilum ejusmodi laudum tuarum, teque novit laudare cum jubilo!

15. *Misericordia, & veritas præcedent faciem tuam: Beatus populus, qui scit jubilationem.*

Questo Dio, di cui non si può formare un' idea senza concepire, che egli è misericordioso, e fedele; e solo capace di render felici quelli, che sanno obbedirgli,

16. Plane, Domine, tales in luce illâ, & gratiâ benignæ faciei tuæ incedent, & in tuo nomine, & protectione exultabunt tota die: & in justitia, quâ tu eos justos facis, exaltabuntur.

16. *Domine, in lumine vultus tui ambulabunt: & in nomine tuo exultabunt tota die: & in justitia tua exaltabuntur.*

Questo Dio, alla presenza di cui dobbiamo stare continuamente preparati per combattere, e tenere sicura la vittoria, per la fiducia nella sua bontà, e nella sua protezione,

17. Tu enim es tota gloria fortitudinis eorum: tibi referenda est gloria ob fortitudinem eorum a te ipsis datam: & ob tuam bonam erga nos voluntatem elevabitur robur nostrum super hostes nostros.

17. *Quoniam gloria virtutis eorum tu es: & in beneplacito tuo exaltabitur cornu nostrum.*

Questo Dio, al quale i combattenti sono debitori delle loro forze, e i vincitori della gloria di aver vinto:

18. Quia

18. Quia

Que-

(1) Psalm. XCVI. 2.

18. Quia assumptio nostri sub tuam defensionem, & protectio nostri, opus Domini est, & Sancti Dei, qui Israelem sanctificat, quique noster est Rex.

18. *Quia Domini est assumptio nostra: & sancti Israel regis nostri.*

Questo Dio finalmente, che è tutta la gloria de' suoi servi; e la cui protezione fa la forza de i più gran Re.

19. Tunc quando promisisti Davidi, quod in æternum stabiliturus esses genus & thronum ejus, locutus es per visionem sanctis filiis tuis prophetis: & dixisti: *Posui adjutorium meum super robustum & potentem quemdam, ad salvandum populum meum de inimicis suis: & exaltavi illum, quem selegi è populo meo.*

19. *Tunc locutus es in visione Sanctis tuis, & dixisti*: Posui adjutorium in potente: & exaltavi electum de plebe mea. (1)

Considerate, dissi, che egli è questo gran Dio, il quale ha promesso per mezzo de' suoi profeti di dare un Capo alla sua Chiesa, della quale il popolo d'Israele non era se non la figura,

20. *Nempe inveni mihi Davidem servum meum: & oleo meo sancto unxi eum in Regem populi mei.*

20. Inveni David servum meum: (2) oleo sancto meo unxi eum. (3)

Che David non è capo se non in figura, e che la sua unzione non è che l'immagine di quella di Gesù Cristo unto della stessa Divinità,

21. *Manus potentiæ meæ auxiliabitur ei, cum quo firma erit: & brachium meum roborabit eum.*

21. Manus enim mea auxiliabitur ei: & brachium meum confor-

Che il soccorso, che egli ha ricevuto da Dio, è infinitamente maggiore di quello,

22. *Ni-*

(1) 1. Reg. XVI. 1. (2) Act. XIII. 22. (3) 1. Reg XVI. 12.

	fortabit eum.	lo, che il medesimo Iddio ha conferito a David.
22. *Nibil sibi proficiet inimicus in eo: & quivis bomo iniquus non addet nocere ei, eumque non affliget.*	22. Nihil proficiet inimicus in eo: & filius iniquitatis non apponet nocere ei. (1)	Poichè nè il Demonio, nè la morte non gli hanno potuto fare alcun male:
23. *Et confringam ante faciem ejus inimicos illius: & odientes eum percutiam, & in fugam vertam.*	23. Et concidam a facie ipsius inimicos ejus: & odientes eum in fugam convertam.	E che ajutato da questo soccorso, egli ha vinto l'uno, e l'altra, ciò che David non ha fatto.
24. *Veritas autem mearum promissionum, & misericordia mea semper cum ipso erunt: & in nomine, & adjutorio meo exaltabitur robur ejus.*	24. Et veritas mea, & misericordia mea cum ipso: (2) & in nomine meo exaltabitur cornu ejus.	Considerare ancora, che queste avventurate promesse della sua bontà fatte da Dio a questo Re, di rendere il suo Stato florido, e il suo regno felice;
25. *Et ponam unam manum Imperii ejus in mari: & aliam manum dexteram Imperii ejus ponam in fluminibus, boc est ejus Imperio & mare subjiciam & flumina.*	25. Et ponam in mari manum ejus: & in fluminibus dexteram ejus.	E di non fissare alcun limite al suo Imperio; sono fatte a Gesù Cristo.
26. *Ipse invocabit me*	26. Ipse in-	Che egli è suo fi- E e gliuo-

(1) II. Reg. VII. 10. (2) Psalm. LX. 8.

me dicens mihi: Pater meus es tu, Deus meus, & fortis defensor salutis meæ contra adversarios meos.

invocabit me: *Pater meus es tu: Deus meus & susceptor salutis meæ*.

gliuolo unico, anche come uomo, avendolo inalzato a questa dignità con farlo sussistere nella persona divina: che così egli è suo eguale, ed a lui è sottoposto:

27. *Ego autem primogenitum, & primum inter filios meos ponam eum: & excelsum præ Regibus terræ*.

27. Et ego primogenitum ponam illum, excelsum præ regibus terræ.

Ma che egli inalzerà questo abbassamento, collocandolo sopra tutti li Re della Terra,

28. *In æternum custodiam ei misericordiam meam erga ipsum: & pactum meum cum eo initum, fidele erit ei*.

28. In æternum servabo illi misericordiam meam (1): & testamentum meum fidele ipsi.

Conservando inviolabile l'alleanza, ch'egli ha fatto colla natura umana nella persona divina;

29. *Et efficiam ut genus stirpis ejus sit in æternum: & efficiam ut thronus ejus sit perpetuus, sicut perpetui erunt dies, quibus cœli durabunt*.

29. Et ponam in sæculum sæculi semen ejus: & thronum ejus sicut dies cœli.

E l'alleanza, che egli ha fatto con la Chiesa, di cui sarà sempre e il capo benchè invisibile, e il Re.

30. *Porro si filii ejus legem meam dereliquerint: & secundùm judicata, & decreta legis meæ non ambulave-*

30. Si autem dereliquerint filii ejus legem meam: (2) & in ju-

Gemere considerando, che in questa Chiesa egli avrà de' figliuoli disubbedienti.

Fi-

---

[1] Isai. LV. 3.

(2) II. Reg VII. 14.

verint, vitamque suam non duxerint:

31. *Si caeremonias, & justa statuta mea profanaverint: & praecepta mea non custodierint.*

32. *Iniquitates, & scelera eorum visitabo, & puniam virga castigationis: & peccata eorum flagellis, & plagis castigabo.*

33. *At promissionem ipsi Davidi a me misericorditer datam, non auferam ab eo: nec injuste agam, nec mentiar contra veritatem promissionum mearum.*

34. *Neque violabo pactum meum cum eo initum: & promissa, quae egrediuntur de labiis meis, non mutabo, non irritabo.*

35. *Se.*

judiciis meis non ambulaverint.

31. Si justitias meas profanaverint: & mandata mea non custodierint.

32. Visitabo in virga iniquitates eorum: & in verberibus peccata eorum.

33. Misericordiam autem meam non dispergam ab eo (1): neque nocebo in veritate mea.

34. Neque profanabo testamentum meum: & quae procedunt de labiis meis non faciam irrita.

35. Se-

Figli, che disprezzeranno la legge di Dio, e violeranno li suoi comandi.

Ammirare la bontà di Dio per la sua Chiesa in gastigare questi peccatori, che ne saranno le membra, e in gastigarli come un padre gastiga li proprj figliuoli.

Ma ammirare altresì la sua fedeltà nelle sue promesse, fatte a Gesù Cristo in persona di David a favor della Chiesa:

L'alleanza inviolabile, che egli ha fatto con essa:

Ee 2 La

(1) II. Reg. VII. 15.

35. *Semel, & irrevocabiliter cum juramento per memetipsum, & per sanctitatem meam promisi: Nequaquam mentiar Davidi. Genus stirpis ejus in æternum permanebit,*

35. Semel juravi in sancto meo, si David mentiar: semen ejus in æternum manebit.

La sicurezza, che le ha dato con giuramento di non romperla giammai:

36. *Et solium regni ejus coram me erit splendidum, & æternum, sicut Sol: & in æternum erit sicut Luna plena, & perfecta pleno lumine fulgens: & horum uterque Sol scilicet, & Luna, tamquam testis fidelis durationis illius regni, erit in cœlo id semper testificans.*

36. Et thronum ejus sicut Sol in conspectu meo: (1) & sicut Luna perfecta in æternum: & testis in cœlo fidelis.

Che la sua durazione eguaglierà quella degli astri, che presedono al giorno, ed alla notte: e che e la sarà sempre il trono, e il centro della verità, siccome quelli lo sono della luce.

37. At nunc tu, Deus, repulisti, & nihili fecisti, & iratus projecisti Regem nostrum a te chrismate unctum.

37. *Tu vero repulisti, & despexisti: distulisti Christum tuum.*

Considerate quì un Re rigettato, disprezzato, e abbandonato,

38. Et videris evertisse pactum initum cum servo tuo Davide: & profanasti conculcatum in terra sanctum diadema, & regiam coronam ejus:

38. *Evertisti testamentum servi tui: profanasti in terra sanctuarium ejus.*

Un'alleanza, e tutto ciò che vi avea di più santo, profanata,

39. Destruxisti omnes sepes, septa, & ambitus murorum regni

39. *Destruxisti omnes sepes ejus:* (2) *po-*

Tutti i legami di quest' alleanza rotti; e ciò che la

(1) Psalm. LXXI. 5. 17.

(2) Psalm. LXXIX. 13. Isai. V. 5.

gni ejus: & effecisti, ut firmæ munitiones ejus, & propugnacula ad nos tuendos, modò destruerentur, & verterentur in majorem formidinem; cum aditus pateat ad incursionem, & impetum hostilium armorum.

posuisti firmamentum ejus formidinem.

la sosteneva, cadete rovesciato.

40. En diripuerunt eum, & regnum ejus omnes, qui transeunt viam: qui & opprobrio factus est vicinis suis.

40. *Diripuerunt eum omnes transeuntes viam: factus est opprobrium vicinis suis.*

Li popoli, co' quali ella era stata fatta, divenuti la preda, e il bottino delli stranieri, ed il loro Re un oggetto di risa, e di disprezzo.

41. Extulisti dexteram, & potentiam omnium inimicorum, qui eum affligunt & conterunt: & lætificasti omnes inimicos ejus.

41. *Exaltasti dexteram deprimentium eum: lætificasti omnes inimicos ejus.*

Li suoi nemici, e schiavi, divenuti suoi vincitori,

42. Nam & avertisti ab eo adjutorium tuum, non adjuvando gladium ejus: & non es auxiliatus ei in prælio contra hostes suos.

42. *Avertisti adjutorium gladii ejus: & non es auxiliatus ei in bello.*

Abbandonato da Dio nelle loro mani,

43. Dejecisti, & dissolvisti, & cessare fecisti eum, & regnum suum a consueta emundatione, quæ fiebat in templo; cum templum ipsum sit jam destru-ctum

43. *Destruxisti eum ab emundatione: & sedem ejus in terra collisisti.*

Spogliato della sua potenza, e delle insegne dello stato Reale.

44. *Mi-*

In-

ctum, jamque cessaverit omnis religiosus cultus: & regale solium in terram collisisti, & confregisti.

44. Abbreviasti dies temporis adolescentiæ ejus, & florentis atque vigentis regii solii ejus: & perfudisti eum ignominiâ turpissimâ.

44. *Minorasti dies temporis ejus: perfudisti eum confusione.*

Insegne, che egli non ha portato se non per poco tempo, e per meglio sentire la vergogna, e la confusione di non averne più veruna.

45. Usquequò Domine velut iratus te avertes a nobis, nosque aversaberis? perpetuòne? usquequò quasi ignis exardebit contra nos indignatio tua?

45. *Usquequò, Domine, avertis in finem? exardescet sicut ignis ira tua?* (1)

Tremare di spavento alla vista di un Dio irritato contra il popolo, e contra il Re senza distinzione, ed irritato fino alla fine de' secoli;

46. Memento, quæso, quæ & quam fragilis sit, & quantulæ sit durationis subsistentia vitæ meæ: numquid enim vanè, & frustra creasti & constituisti in terra omnes filios Adam, ut tam misere perire debeamus?

46. *Memorare quæ mea substantia: numquid enim vanè constituisti omnes filios hominum?*

Riguardandoli tutti con estremo disprezzo come un niente,

47. Quis enim homo est qui vivat, & non inventurus sit tandem

47. *Quis est homo, qui vivet, & non vi-*

E come vittime destinate alla morte, e ad una morte

(1) Psalm. LXXVIII. 5.

dem mortem? aut liberaturus ſit animam ſuam de manu & poteſtate inferni, ſi eò devenerit?

videbit mortem? (1): *eruet animam ſuam de manu inferi?*

te eterna.

48. Ubi ſunt, Domine, miſericordiæ tuæ illæ antiquæ, quas antiquitus cum juramento promiſiſti Davidi per tuam veritatem & fidem?

48. *Ubi ſunt miſericordiæ tuæ antiquæ, Domine:* (2) *ſicut juraſti David in veritate tua?*

Riconoſcere da tutte le diſgrazie, colle quali Iddio affligge il popolo Ebreo nella ſua collera, che le promeſſe, fatte a David, non appartengno nè a queſto popolo, nè alla poſterità di David, ma a Gesù Criſto, ed alla ſua Chieſa, di cui queſto Re, e queſto popolo non erano ſe non la figura:

49. Memento, quæſo, Domine, opprobrii, quod jamdiu toleramus nos ſervi tui: quod a multis gentibus profectum ſuſtinui in ſinu & animo meo;

49. *Memor eſto, Domine, opprobrii ſervorum tuorum; quod continui in ſinu meo, multarum gentium.*

Che in vano queſto popolo eſpone a Dio le promeſſe, che egli ha fatte a David, e ciò che eſſi ſoffrono da tutte le nazioni ove ſono diſperſi;

50. Quo ſcilicet exprobraverunt nobis inimici noſtri, Domine: quo

50. *Quod exprobraverunt inimici tui, Do-*

L' annichilamento dei loro Re, e un tal ro-

(1) Pſalm. XLIII. 11. [2] Iſai. LV. 3.

quo exprobraverunt, inquam, nobis, nempe commutationem & lapsum de pristino statu amplissimo tum Regis a te uncti, tum totius regni sui.

Domine, quod exprobraverunt, commutationem Christi tui.

vesciamento del trono d'Israele; non sarà giammai ristabilito..

51. In æternum benedictione & laude dignus est Dominus. Amen amen: Fiat fiat: benedicatur, & laudetur in æternum.

51. *Benedictus Dominus in æternum: fiat, fiat.*

Benedire Iddio, e ringraziarlo di aver adempito le sue promesse in favor di Gesù Cristo, e della sua Chiesa.

PSALMUS LXXXIX.

Attaccarsi a Dio solo, e rinunziare all'affetto delle creature, e della vita stessa. Sua brevità, e sue seguele. Supplicj, che si tira addosso chi l'ama. Quanto è vantaggioso, che Iddio la mescoli di afflizioni, a fine di non amarla, e per indurci a desiderare la vita eterna. Bisogno, che abbiamo, che Dio vegli sopra di noi, per non fare veruna cosa, che ce ne privi.

Disprezzare la vita per tutto ciò, che la rende disprezgevole. Bramare l'eterna vita per tutto quello che la rende aggradevole.

Oratio Moysi hominis Dei.

Oratio Mosis viri Dei.

PROPHETA. Domine, tu velut habitaculum, quo confugeremus

Domine, refugium factus es nobis: a ge-

Animarsi alla confidenza in Dio, e alla ricono-

mus, fuisti nobis per omnes sæculorum ætates.

generatione in generationem.

noscenza, ricordandosi delli ajuti, che se ne sono ricevuti; e dolendosi di quante volte si è fatto loro resistenza.

2. Antequam fierent montes, & formaretur terra totumque Orbis, ab omni sæculo, & in omne sæculum tu es Deus.

2. *Priusquam montes fierent, aut formaretur terra, & Orbis: a seculo, & usque in seculum tu es Deus.*

Rendergli con profonda adorazione il supremo omaggio, che gli è dovuto, come all'autore di tutte le cose.

3. Ne, quæso, convertas hominem in humilem abjectamque miseriam, citius eum redigens in minutissimum pulverem in sepulchro: qui & dixisti: *Convertimini, & semper ad me confugite, ò filii Adam.*

3. *Ne avertas hominem in humilitatem, & dixisti*: Convertimini filii hominum:

Rivolgersi di continuo verso lui per non cadere, amando le creature, nella miseria estrema.

4. Ne ergo hominem ita deprimas, & conteras: nam mille anni coram oculis tuis sunt sicut dies hesterna, quæ jam pertransiit,

4.* *Quoniam mille anni ante oculos tuos* (1) *tamquam dies hesterna, quæ præteriit.*

Non amare la vita, perciocchè quella, che è stata la più lunga, è finita come la più corta.

5. Et sicut una paucarum horarum nocturna

5. ** *Et custodia in nocte*

Riguardarla come una piccola par-

[1] II. Petr. III. 8. [***] Card. Thom. duos hosce versus ita dividit: *Quoniam mille anni ante oculos tuos tamquam dies hesterna, quæ preteriit, & custodia in nocte.*
Quæ pro nihilo habentur, eorum anni erunt.

na vigilia ex excubiis, quas viciſſim noctu cuſtodes vigiles agunt. Sicut ea quæ pro nihilo habentur, & nihili æſtimantur, ſic eorum anni erunt.

6. Et ſicut herba, quæ mane cito tranſeat in florem, & eodem ipſo mane citò floreat, & a florido ſtatu tranſeat; & ad ejuſdem diei veſperam citò cadat in terram, & obdureſcat, & arida fiat: ſic nimirum breviſſimo tempore homo ab ortu tranſit ad floridam & vigentem ætatem, tum moritur, ejuſque cadaver obduratur, & fit aridum in ſepulchro.

7. Defecimus enim, & ſic conſumpti ſumus per juſtam iram tuam propter peccata noſtra: & per indignationem tuam timore illo mortis conturbati ſumus.

8. Iniquitates namque noſtras ante conſpectum tuum poſuiſti, ne traderes eas oblivioni, ſed punires:& ſæculum

ctæ, quæ pro nihilo habentur, eorum anni erunt.

6. *Mane ſicut herba tranſeat,* (1) *manè floreat, & tranſeat: veſpere decidat, induret, & areſcat.*

7. *Quia defecimus in ira tua: & in furore tuo turbati ſumus.*

8. *Poſuiſti iniquitates noſtras in conſpectu tuo: ſæculum noſtrum in*

parte di una notte oſcura per la ſua brevità, e per le tenebre, nelle quali è inviluppata.

Paragonare ciò che ella ha di brillante, e di più aggradevole con gl' incomodi della vecchiaja, e colle ceneri, nelle quali ſaremo ridotti nel ſepolcro.

Tremare alla viſta degli effetti del furor di Dio contra coloro, i quali avranno amato la vita, in vece di ſprezzarla.

Tremare, dico, nel ricordarci, che Iddio ha ſempre avanti gli occhi i noſtri peccati,

[1] Pſalm. CII 15.

lum nostrum, & vitæ nostræ curriculum unà cum suis negligentiis, & erroribus expositum est in lucem vultus tui contemplantis omnia.

in illuminatione vultus tui.

ti, e tutta la condotta della nostra vita:

9. Omnes enim dies vitæ nostræ transierunt, & defecerunt: & nos pariter defecimus, & consumpti sumus per iram tuam.

9. Quoniam omnes dies nostri defecerunt: & in ira tua defecimus.

Che egli conta li nostri giorni, e li nostri momenti: che ei li vede scorrere, per terminare ne' supplizj, che la sua giusta collera ci prepara.

10. Anni vitæ nostræ laboriosi, & inutiles, rectè considerabuntur, & reputabuntur sicut tela araneæ, quæ se eviscerat dum inutilem telam facit: porro dies annorum nostrorum, quibus vivimus, secundùm communem naturæ cursum, anni sunt septuaginta.

10. Anni nostri sicut aranea meditabuntur: dies annorum nostrorum in ipsis, septuaginta anni.

Ch'ei vede, dico, i nostri giorni, e li nostri momenti scorrere, e passarli così inutilmente per la salute, come il ragno li passa in far la sua tela:

11. Si autem multùm, in potentioribus, & valentioribus corporum constitutionibus sunt octoginta: & quod amplius annorum est, immo plurimum eorum cum labore transigitur, ac dolore.

11. Si autem in potentatibus, octoginta anni: & amplius eorum, labor & dolor.

E senza riparare nell'età più avanzata tutto il tempo, che si è tanto malamente impiegato.

12. Nam cum nobis supervenerit frigens mansueta, & placida se-

12. Quoniam superveniet mansue-tu-

Pregare Iddio con tutto il cuore, che egli preven-

senectus, tunc ut tardiùs & inevitabili pœna mortis castigabimur, & hinc avolabimus.

tudo: & corripiemur.

venga colla sua dolcezza, castigandoci per tempo, li frutti delli nostri sregolamenti, e delle sue vendette:

13. Quis noscit vim & fortitudinem iræ tuæ? & quis præ timore tui, & secundum quod timendus es, noscit metiri, ac comprehendere iram tuam, ejusque effecta enumerare?

13. *Quis novit potestatem iræ tuæ? & præ timore tuo iram tuam dinumerare?*

Di farcene conoscere gli eccessi, affinchè le temiamo tanto, quanto sono da temersi.

14. Ergo in hac sic miserâ conditione nostrâ ostende nobis dexteram potentiæ tuæ: & ostende, exhibe, & fac homines eruditos animo in cœlesti sapientia; rerumque divinarum, & humanarum verâ rectâque scientiâ.

14. *Dexteram tuam sic notam fac: & eruditos corde in sapientia.*

Di far uso della sua potenza a favor nostro, e di farci arrivare mediante questo timor salutare alla vera sapienza.

15. Convertere, Domine, ad nos benignus: nam usquequo iratus eris? & deprecabilis, & exorabilis esto super servos tuos.

15. *Convertere, Domine, usquequo? & deprecabilis esto super servos tuos.*

Bramare ardentemente il suo ritorno a noi, acciocchè noi ritorniamo a lui.

16. Fac, quæso, ut tibi vere dicere possimus, quod repleti sumus mane, & citissime misericordiâ tuâ: & exultantes te laudavimus, atque lætati sumus,

16. *Repleti sumus mane misericordiâ tuâ: exultavimus, & delectati sumus omnibus diebus*

Sospirare il mattino di questo giorno, ove gusteremo in un' allegrezza perfetta l'abbondanza delle sue misericordie.

Gu-

mus cunctis diebus vitæ nostræ.

17. Et quod e contrario lætati sumus pro portione, & ratione illorum dierum, quibus nos humiliasti, & afflixisti: & pro portione, & ratione illorum annorum, quibus plura mala sumus experti.

18. Respice oculo benigno in servos tuos, qui & opera sunt manuum tuarum: & rectâ viâ dirige filios eorumdem servorum tuorum.

19. Sitque splendor & gratia tua Domini Dei nostri erga nos: & in nobis opera manuum nostrarum ad certam voluntatis tuę normam dirige: opus, inquam, manuum nostrarum ad te tu dirige firmissimè.

bus nostris:

17. *Lætati sumus pro diebus, quibus nos humiliasti: annis quibus vidimus mala.*

18. *Respice in servos tuos, & in opera tua: & dirige filios eorum.*

19. *Et sit splendor Domini Dei nostri super nos: & opera manuum nostrarum dirige super nos; & opus manuum nostrarum dirige.*

Gustare aspettando anche con piacere, le afflizioni, che ci preparano a queste consolazioni.

Domandare a Dio, ch'egli stesso vegli su la nostra condotta, e sopra tutte le nostre azioni:

E che ci rischiari col suo lume, per non far cosa veruna, che non sia conforme a' suoi disegni, e a' nostri doveri.

PSALMUS XC.

Mezzi per conciliarsi l'ajuto di Dio: armarsi della sua verità contro gli attacchi del Mondo, del Demonio, e dell'amor proprio. Sventure, alle quali strascina la prosperità. I grandi effetti della speranza cristiana.

Giu-

Giudicare di tutte le cose secondo la verità di Dio, affinchè nulla possa separarcene.

Laus cantici David.

Laus cantici inspirata David.

PROPHETA. Qui pro suâ veluti habitatione continuâ habuerit auxilium, & tutelam Dei excelsi: & sub protectione Dei creatoris Cœli fuerit commoratus,

Qui habitat in adjutorio Altissimi: in protectione Dei Cœli commorabitur.

Attrarre sopra di se l'ajuto, e la protezione di Dio colla persuasione della propria impotenza.

2. Hic merito ei dicet: *Tu es mei defensor, meumque refugium, ad quem in omni pressura confugio: & Deus meus in quem semper sperabo.*

2. *Dicet Dominus*: Susceptor meus es tu, & refugium meum: Deus meus, sperabo in eum.

Conservarsi l'uno, e l'altro, mediante la riconoscenza, e la fiducia.

3. *Nam ipse Deus me liberavit, ac liberabit de occulto laqueo inimicorum meorum, in modum venatorum me insidiosè quærentium, ut interficiant: & de omni re turbulenta, & aspera, & noxia.*

3. Quoniam ipse liberavit me de laqueo venantium (1): & a verbo aspero.

Animare questa riconoscenza, e confermarsi nella fiducia colla memoria degli effetti della sua protezione.

4. O homo, qui degis sub tutela, & protectione Dei, ipse Deus sub suismet velut hume-

4. *Scapulis suis obumbrabit tibi: & sub pennis ejus spe-*

Starsene sempre sotto le ali di Dio per mezzo di una confessione egual-

(1) Psalm. CXXIII. 6.

meris, & inter suas axillas te obteget: & tu sub alis ejus tutò sperabis.

sperabis.

gualmente umile, e sincera della nostra debolezza.

5. Veritas, & fidelitas promissorum ejus veluti scuto quodam undique te circumdabit, ac proteget: & sic non timebis a terriculo noctu.

5. *Scuto circumdabit te veritas ejus: non timebis a timore nocturno.* (1)

Dar di mano alla verità per difenderci contro le vane speranze del secolo, e contro li timori mal fondati;

6. Nec a sagitta ejaculata & volante interdiu, nec a quavis re terrisona ambulante in tenebris, teque terrefaciente; nec a quovis occursu malo, & ruinâ, nec a Dæmonio meridiano, manifestè apertèque nocente veluti sub meridiano Sole.

6. *A sagitta volante in die, a negotio perambulante in tenebris: ab incursu, & Dæmonio meridiano.*

Contro ciò che avviene di aggradevole, e di lusinghiero dalla parte del Mondo; contro li movimenti segreti delle passioni, che nascono dalla nostra propria concupiscenza; e contro li sentimenti, che il Demonio ci ispira, della nostra virtù.

7. Ex adversariis tuis cadent mille a latere tuo sinistro, & decem millia cadent a dextris tuis: ad te autem ullus e tanto numero, & ulla adversitas non appropinquabit.

7. *Cadent a latere tuo mille, & decem millia a dextris tuis: ad te autem non appropinquabit.*

Tenersi attaccati a Dio per evitare le cadute quasi inevitabili nell'avversità, e più ancora senza paragone nella prosperità.

8. Verum etiam oculis

8. *Verumta-*

Aprire gli occhi del-

[1] Prover. III. 24.

lis tuis confiderabis ; & videbis retributionem condignam peccatorum & ultionem :

tamen oculis tuis confiderabis , & retributionem peccatorum videbis . (1)

della Fede , e vedere le fventure , che accompagnano , e feguono la vita de' peccatori , che l'abbondanza fa credere felici .

9. Dixifti enim , *tu Domine es fpes mea , in quo omnem posui fpem meam*: ipfumque Deum altiffimum habuifti pro tuo refugio :

9. Quoniam tu es , Domine , fpes mea : *Altiffimum pofuisti refugium tuum* .

Ammirate la bontà , e la fedeltà di Dio verfo quei , che ripongono in lui tutta la loro fperanza .

10. Non accedet ad te malum citra providentiam Dei : & quodvis flagellum non appropinquabit habitaculo tuo .

10. *Non accedet ad te malum*: & *flagellum non appropinquabit tabernaculo tuo* .

Egli fa, che ciò, che fembra un male perchè effi foffrono , non fia un male , ma un bene per l'ufo che a loro ne fa fare con la fua grazia .

11. Quia Angelis fuis mandavit, femperque mandabit curam tui, ut te cuftodiant in omnibus viis tuis .

11. *Quoniam Angelis fuis mandavit de te* (2) : *ut cuftodiant te in omnibus viis tuis* .

Ei dà loro una guida fedele , e luminofa per farli camminare ficuramente nelle fue vie ,

12. Qui Angeli fuis te manibus fuftollent , atque geftabunt, ne forte ad lapidem impingat pes tuus .

12. *In manibus portabunt te : ne forte offendas ad lapidem pedem tuum* . (3)

E per affifterli in tutti i pericoli, e in tutte le occafioni di peccato :

13. Su- 13. *Su-* Ei

[1] Pfal. xxxvi. 34. [2] Matth. iv. 6. Luc. iv. 10. [3] Job v. 23.

13. Super aspidem, & basiliscum, & venenatas bestias innocue calcabis, & ambulabis: & leonem, ac draconem cæterasque feras, & immanes belluas conculcabis illæsus.

13. *Super aspidem, & basiliscum ambulabis:* (1) *& conculcabis leonem, & draconem.*

Ei fa loro superare tutti gli ostacoli, che gli uomini, e i Demonj pongono alla loro salute; gli uomini col veleno de' loro perversi consigli; i Demonj colla violenza delle loro tentazioni.

14. Deus. Quandoquidem iste homo in me speravit, mihique adhæsit, etiam ego liberabo eum a malo: meaque defensione tegam eum, agnovit enim divinum numen meum.

14. *Quoniam in me speravit, liberabo eum: protegam eum, quoniam cognovit nomen meum.*

Esso gli assoda nella loro speranza con gli effetti continui della sua protezione.

15. Me invocabit & ego exaudiam illum: eique ego adsum in quavis tribulatione: & inde eximam eum, & gloriosum reddam eum.

15. *Clamabit ad me, & ego exaudiam eum* (2): *cum ipso sum in tribulatione; eripiam eum, & glorificabo eum.*

Se ei gli fa gridare per le pene, che fa loro soffrire, li ascolta, ed è presente alla loro sofferenza, e vuole colmarli di gloria.

16. Longitudine dierum, vitàque longevâ implebo eum: & tandem exhibebo ei illam, quam ego do, salutem in vita sempiterna,

16. *Longitudine dierum replebo eum: & ostendam illi salutare meum.*

PSAL-

Se egli si compiace di farli morir mille volte a cagione delle varie tribolazioni, che loro invia; ciò

(1) Job v. 22.

(2) Psalm. XLIX. 15.

na, atque beata.

ciò ci dispone per farli vivere eternamente con lui: e se ci sembra di nascondersi loro per gli abbandonamenti, e le aridità, ciò dispone per discoprirsi ad essi, e riempierli, nel vederlo, di ogni sorta di consolazioni.

PSALMUS XCI.

Prosperità di quei, la cui vita presente è occupata in Dio, e nelle sue maraviglie. Infelicità di coloro, i quali vivono dimentichi di ciò che Dio ha operato per l'uomo. Questi sono insensati; quelli sono veramente saggi.

Riguardare come una follìa il vivere nella dimenticanza di Dio. Avere continuamente presente allo spirito, ch'egli non lascia nè il male impunito, nè il bene senza ricompensa.

Psalmus cantici, in die Sabbati.

Psalmus instrumento musico inchoante, & cantu vocis subsequente decantandus, die Sabbati dicendus.

PROPHETA. Æquum & bonum, ac salutare est tibi, Domine, fateri

Bonum est confiteri Domino (1): *& psal-*

Riporre la felicità in questa vita nel lodare Iddio, e ren-

---

(1) Psalm. CXLVI. 1.

teri laudes tuas, & canere ad honorem nominis tui, ò Altissimé.

psallere nomini tuo, Altissime.

e rendere omaggio alla sua grandezza.

2. Ut annunciemus, & prædicemus primo mane misericordiam erga nos tuam; & annunciemus veritatem promissorum tuorum etiam nocta,

2. *Ad annuntiandum mane misericordiam tuam: & veritatem tuam per noctem.*

Pubblicare gli effetti della sua bontà fra giorno, e meditare le sue verità anche in tempo di notte.

3. Adjuncto musico instrumento decem chordarum, & psalterio, cum suavi cantu, & citharæ sono.

3. *In decachordo, psalterio: cum cantico, in cithara.*

Servirsi dell'istrumenti di musica, non per dilettare i proprj sensi, ma per eccitarsi a lodarlo con maggior fervore.

4. Quoniam tu me, Domine, lætificasti opere, & fabricâ Mundi a te facta: idcirco & ego ex operibus manuum tuarum exultanter te laudabo.

4. *Quia delectasti me, Domine, in factura tua: & in operibus manuum tuarum exultabo.*

Entrare in santi trasporti di gioja alla vista delle maraviglie di Dio.

5. O quam magna, & quam magnificè facta sunt opera tua, Domine! & ò quam valde profunda, & imperscrutabilia sunt consilia providentiæ tuæ, quibus Mundum gubernas!

5. *Quam magnificata sunt opera tua, Domine: nimis profundæ factæ sunt cogitationes tuæ.* (1)

Ammirare la grandezza delle sue opere, ed esser penetrati da una viva riconoscenza di ciò, che egli ha fatto per l'uomo.

6. Vir insipiens non cognoscet hæc tam magni-

6. *Vir insipiens non cogno-*

Riguardare come uomini carnali,

[1] Psalm. xxxix. 6. Rom. xi. 33.

gnifica opera, & profunda consilia, & judicia Dei: & stultus non intelliget hæc.

gnoscet: & stultus non intelliget hæc.

li, ed insensati coloro, che fanno uso di tutto ciò, che Iddio ha fatto senza farvi la minima attenzione.

7. Nempe quod, cum peccatores exorti fuerint, & germinaverint quasi herba, quæ statim crescit, & statim arescit; & omnes, qui quod iniquum est, faciunt, apparuerint florentes in Mundo brevissimo tempore;

7. Cum exorti fuerint peccatores sicut fœnum: & apparuerint omnes, qui operantur iniquitatem.

E che ripongono la loro felicità in queste cose transitorie, che passano, e spariscono come l'erba. Esaminate, se siamo di questo numero.

8. Tum fiet, ut contetantur, & intereant in omnia sæcula: tu autem excelsus es in æternum, ò Domine.

8. Ut intereant in sæculum sæculi: tu autem Altissimus in æternum, Domine.

Persuadersi, che il fine di questi insensati è la morte eterna; che Iddio ne farà la vendetta fintantochè sarà Dio.

9. Nam ecce inimici hi tui, Domine, ecce, inquam, inimici hi tui peribunt: & dissipabuntur omnes, qui quod iniquum est, faciunt.

9. Quoniam ecce inimici tui, Domine, quoniam ecce inimici tui peribunt: & dispergentur omnes, qui operantur iniquitatem.

E ch'ei gli esterminerà per essersi dichiarati suoi nemici, amando le sue creature più di lui, e senza rapporto a lui.

10. Meum verò robur a te exaltabitur, ut elevatum, & forte cornu monocerotis: & senectus mea exaltabitur

10. Et exaltabitur sicut unicornis cornu meum: & senectus mea in

Riguardate al contrario come uomini saggi, quei che si sono occupati nelle maraviglie

tur pingui oleo uberis misericordiæ tuæ.

in misericordia uberi.

glie di Dio; come uomini, che Iddio inalzerà sopra degli altri, e la loro vecchiaja sarà piena di fortezza, e di felicità:

11. Hinc & despexit, atque despiciet oculus meus inimicos meos mox perituros: & de his, qui consurgunt adversus me, maligne operantibus, audiet tandem auris mea jam periisse.

11. *Et despexit oculus meus inimicos meos: & in insurgentibus in me malignantibus audiet auris mea.*

Come uomini, che pieni di confidenza in Dio, si mettono poco in pena degli sforzi, e de' cattivi discorsi degl' insensati.

12. Justus non ut fœnum, sed ut palma semper virens, ita florebit: & veluti cedrus, quæ in monte Libano ad proceritatem maximam adolescit, ita multum crescet.

12. *Justus ut palma florebit: sicut cedrus Libani multiplicabitur.*

Desiderare di essere nel numero di questi savj, che fanno progressi di virtù in virtù, e moltiplicano sempre le buone opere:

13. Ejusmodi justi homines plantati in domo Domini, ibi in atriis Dei nostri florebunt.

13. *Plantati in domo Domini: in atriis domus Dei nostri florebunt.*

Di questi savj, che essendo radicati nella carità, spargono come fiori il buon'odore da per tutto.

14. Et ibi adhuc amplius multiplicabuntur, & fructificabunt in senectute pingui, & uberi, atque vegeta: & bene affecti, ac bene valentes erunt ad annunciandum semper, ac præ-

14. *Adhuc multiplicabuntur in senecta uberi: & bene patientes erunt, ut annuncient,*

Di questi savj, la vecchiaja de' quali aumenta il fervore, lo zelo, e la perfezione:

prædicandum,

15. Quod rectus sit Dominus Deus noster, & quod in eo non sit iniquitas ulla.

15. *Quoniam rectus Dominus Deus noster: & non est iniquitas in eo.* (1)

Di questi savj finalmente, i quali persuadono con la loro condotta, che Iddio è sempre giusto, e che non lascerà nè il peccato impunito, nè il bene senza la ricompensa.

PSALMUS XCII.

Dimandare a Dio, ch'ei stabilisca in noi il suo trono per regnarvi, di modo che gli siamo totalmente soggetti. Affaticarsi d'ornare la nostr' anima di tutte le virtù, affinchè egli vi faccia la sua dimora. Rendersi soggiorno di Dio, mediante la sommissione, e la pratica di tutte le virtù.

Laus cantici ipsi David, in die ante Sabbatum, quando fundata est terra.

Laus cantici inspirata Davidi, cantanda in die ante Sabbatum, idest feria sexta; qua die stabiliter habitata fuit terra, conditis ipsa die Adamo, & Eva.

PROPHETA. Dominus proprio jure in toto Mundo regnavit, & regnat: decorâque glo-ria

Dominus regnavit, decorem indutus est (2): *in-du-*

Domandare a Dio, che voglia regnare sopra di noi, e vestirci del-la

---

(1) Deuter. xxxii. 4.

(2) Psal. xcvi. 1. xcviii. 1. ciii. 1.

riâ ceu vestimento indutus est; indutus est Dominus, inquam, omnipotenti fortitudine, eâque se quodammodo accinxit.

2. Ipse namque totum hunc orbem terræ firmum fecit: qui numquam suo loco movebitur.

3. Firmiter apparatum est solium regni tui supra Mundum totum, Domine, ab ipso exordio creationis: & ab æterno tu es Deus.

4. Sustulerunt flumina, Domine, sustulerunt, inquam, flumina sonitum, & strepitum suum.

5. Sustulerunt mirabiliter flumina sonoros fluctus suos: & propter voces, & strepitus multarum aquarum,

6. Grandes sunt, & admirabiles tumidi illi, & elevati fluctus maris: sed in mirabilibus operibus creatis admirabi-

dutus est Dominus fortitudinem, & præcinxit se.

2. *Etenim firmavit orbem terræ: qui non commovebitur.*

3. *Parata sedes tua ex tunc: (1) a sæculo tu es.*

4. *Elevaverunt flumina, Domine: elevaverunt flumina vocem suam.*

5. *Elevaverunt flumina fluctus suos: a vocibus aquarum multarum.*

6. *Mirabiles elationes maris: mirabilis in altis Dominus.*

7. *Te-*

la sua forza, e armarci contra noi medesimi, per domare in noi tutto ciò, che a lui resiste:

Di assodarci nell' amore, e nella fedeltà, che noi gli dobbiamo, per non mancarvi giammai:

Di prepararsi in noi una dimora, e di stabilirvi il suo trono per sempre:

Di renderci superiori a noi stessi, malgrado lo strepito della Natura, e la resistenza delle nostre passioni:

Di star attaccati a lui, malgrado le persecuzioni:

Di sostenerci colla sua potenza contro li flutti delle tentazioni.

Ff 4 Do-

(1) Psalm. XLIV. 7.

bilis apparet Dominus creator eorum, qui in excelsis habitat.

7. Hæc omnia creata, quæ præclarum nobis dant testimonium potentiæ, & divinitatis tuæ, fide digna facta sunt valde: & maxime valde digna facta sunt oracula tua illa verissima, quibus revelasti, & testificatus es, te esse Mundi creatorem, atque rectorem: domum igitur tuam, Domine, decet sanctitas in longitudinem dierum, ut in ea te semper sanctè colamus.

7. *Testimonia tua credibilia facta sunt nimis: domum tuam decet sanctitudo, Domine, in longitudinem dierum.*

Domandargli finalmente la grazia di aver fiducia nella sua fedeltà, nelle sue promesse, e di faticare per adornare la nostr'anima, che è la sua permanenza, di una perfetta santità.

PSALMUS XCIII.

Condotta diversa, che Iddio tiene sopra i suoi servi, e sopra i suoi nemici; provando li primi con le afflizioni, lasciando vivere gli ultimi nella pace. Umiliarsi a questa condotta. Bisogno, che per questo abbiamo del suo ajuto: ella è una prova della sua bontà per li servi suoi, e della sua giustizia contra i suoi nemici.

Restare persuasi per sempre, che le afflizioni, e le prove sono effetti della misericordia di Dio.

Psalmus ipsi David, quarta Sabbati.

Psalmus Davidi inspiratus, decantandus quartâ feriâ, quæ est quarta dies post Sabbatum.

PRO-

PROPHETA. Deus scelerum ultor, Deus scelerum ultor, inquam, liberè palamque egit in ulciscendis injuriis suorum nemine prohibente.

Deus ultionum Dominus: Deus ultionum libere egit.

Persuadersi, che non senza ragione Iddio si affretta, o differisce di punire i malvagi:

2. Excelsum te esse ostende, ò judex terræ: & condignam redde retributionem superbis hisce infidelibus, qui nos conculcant.

2. *Exaltare, qui judicas terram* (1): *redde retributionem superbis.*

Che egli sa quando gli piace, porsi sotto i piedi gli orgogliosi, che si sollevano contra di lui, ed abissarli nelle più profonde umiliazioni.

3. Quousque peccatores, o Domine, quousque peccatores gloriabuntur exultantes de fælicitate sua?

3. *Usquequò peccatores Domine: usquequò peccatores gloriabuntur?*

Ammirate la lunga pazienza, colla quale soffre la folle vanità del loro spirito,

4. Quousque effutient, & loquentur, quod iniquum est? quousque, inquam, sic loquentur omnes, qui operibus suis tuam legem transgrediuntur?

4. *Effabuntur, & loquentur iniquitatem?* (2) *loquentur omnes, qui operantur injustitiam?*

I loro discorsi insolenti,

5. Ecce, Domine, populum hunc tuum in humilem contemptamque conditionem abjecerunt: nosque, quos pecu-

5. *Populum tuum, Domine, humiliaverunt: & hæreditatem tuam*

Il disprezzo, che fanno della gente dabbene.

L'in-

(1) Psalm. VII. 7. LVI. 6. [2] Jud. XV.

culiari, & veluti hæreditario jure possides, multis malis afflixerunt.

tuam vexaverunt.

6. Viduam, & advenam humano auxilio destitutos interfecerunt; & pupillos paternâ defensione orbatos occiderunt.

6. Viduam & advenam interfecerunt: & pupillos occiderunt.

L'ingiustizie, che esercitano contra i deboli, i quali non posson loro resistere.

7. Et dixerunt: *Non videbit nos Dominus, neque nos intelliget, & cognoscet Deus, in quem Jacobi natio credit.*

7. Et dixerunt: Non videbit Dominus, nec intelliget Deus Jacob. (1)

Riconoscersi colpevoli di questa empietà, per la facilità a commettere il peccato, come se egli nulla vedesse.

8. Quin potius vos nunc intelligite, ò insipientes in populo; & vos stulti, aliquando discite, & recte prudenterque sapite.

8. Intelligite insipientes in populo: & stulti aliquando sapite.

Cessare di fare li spiriti forti, e disingannarsi di un errore sì grossolano, e che non può trovarsi se non presso gl'insensati.

9. Annè qui ingenuit vobis aurem, vos non audiet? an verò, qui formavit vobis oculum, vos non videbit, & non considerabit?

9. Qui plantavit aurem, non audiet? (2) *aut qui finxit oculum, non considerat?*

Fare spesso riflessione a questa verità, che Iddio vede tutte le nostre azioni, e ascolta tutte le nostre parole!

10. Annè qui gentes omnes flagello correptionis erudit, ut peccata devitent, peccata vestra non redarguet, & non

10. Qui corripit Gentes, non arguet? qui docet hominum scientiam?

Che l'uomo non ha altro vero lume, se non quel, ch'ei gli concede: E che

(1) Psalm. IX. 11. 13.

[2] Exod. IV. 2.

non castigabit? an qui docet hominem scientiam, vos vestraque ignorabit?

11. Cognoscit profecto Dominus etiam cogitationes ipsas hominum, quod vanæ sint.

12. Fœlix & beatus homo ille, quem tu ipse erudieris, Domine: & quem tu docueris de rebus divinis, & bonis moribus revelatis in lege tua.

13. Ut eâ institutione edoctum, patientem facias eum, & mitem in diebus malis, & afflictionis: dum interim peccatori fodiatur fovea, & demum tandem infodiatur inferno.

14. Nam profecto a sua protectione non abjiciet Dominus populum suum: & quos sibi in hæreditatem assumpsit, non deseret;

15. Quoadusque ejusdem Dei justitia sepe occulta, vertatur in apertum manifestumque

tiam?

11. *Dominus scit cogitationes hominum, quoniam vanæ sunt.*

12. *Beatus homo, quem tu erudieris, Domine: & de lege tua docueris eum.*

13. *Ut mitiges ei a diebus malis: donec fodiatur peccatori fovea.*

14. *Quia non repellet Dominus plebem suam: & hæreditatem suam non derelinquet.*

15. *Quoadusque justitia convertatur in judicium: & qui*

E che quello, che l' uomo trae dalla sua corruzione, non è altro, che menzogna, e vanità.

Desiderare adunque con fervore, di avere Iddio per maestro, e di apprendere da lui a conoscerlo, e ad obbedirgli,

Ad accettare le pene della vita, come un effetto della sua bontà; e a riguardare la prosperità de' peccatori, come un abisso di miserie.

Capire questo sentimento, e crederlo altrettanto più giusto, quanto vi è minore apparenza, che Iddio affligga i suoi servi, e risparmi i suoi nemici.

Soffrire adunque con pazienza le afflizioni della vita presente, aspet-

que judicium: & quoadusque juxta illam justitiam fuerint, eique adhæserint omnes, qui recto sunt corde.

qui juxta illam omnes, qui recto sunt corde.

pettando il giorno, in cui Iddio farà il discernimento de' giusti, e de' peccatori.

16. Quis consurget pro me adversus malignantes? aut quis consistet mecum adversus eos, qui operantur inique?

16. *Quis consurget mihi adversus malignantes? aut quis stabit mecum adversus operantes iniquitatem?*

Riconoscere, che Iddio solo ci può soccorrere ne' mali, che soffriamo, nel servirlo, e nelle pene, che proviamo nel vedere prosperati i suoi nemici:

17. Nisi Dominus auxiliatus fuisset mihi, parum abfuisset, quin jam habitasset in inferno anima mea.

17. *Nisi quia Dominus adjuvit me: paulo minus habitasset in inferno anima mea.*

Che senza il suo soccorso noi avremmo sovente abbandonato il suo servizio, e ci saremmo gettati nello sregolamento:

18. Si quando dicebam: *Vacillavit pes meus*; misericordia tua, Domine, me adjuvabat, & sustentabat.

18. *Si dicebam*: Motus est pes meus: *misericordia tua, Domine, adjuvabat me.*

Ma che allor quando eravamo vacillanti, egli ha avuto la bontà d' impedirci di cadere:

19. Domine, pro proportione multorum dolorum, & anxiarum cogitationum animi mei, tuæ me consolationes lætificaverunt, & delectaverunt.

19. *Secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo: consolationes tuæ lætificaverunt animam meam.*

E che affliggendoci, egli ha proporzionato le consolazioni alla nostra afflizione; ed ha compensato la tristezza apparente con un solido gaudio.

20. Numquid enim ini-

20. *Numquid*

Persuadersi per sem-

iniquum est tibi solium & regimen, ut jubeas omnem nos subire laborem in præcepto tuo servando, sine ulla prorsus retributione, atque consolatione?

quid adhæret tibi sedes iniquitatis, qui fingis laborem in præcepto?

sempre col mezzo di queste prove della bontà di Dio, che con la grazia, e con la misericordia, e non già con la durezza egli esercita i suoi servi.

21. Instar quidem aucupum capturam parabunt injusti adversum animam, & vitam justi, ut eum capiant & interficiant: & sanguinem innoxium condemnabunt morte, ut effundatur.

21. *Captabunt in animam justi: & sanguinem innocentem condemnabunt.*

Obbedire adunque con allegrezza al comando, che Iddio ci fa, di soffrire le ingiustizie.

22. Sed Dominus, ut semper fuit, ita semper mihi erit refugium, ad quem confugio: & Deus meus semper fuit semperque adjutor erit spei meæ: semperque mihi in se speranti auxiliabitur.

16. *Os habent, & non loquentur: oculos habent, & non videbunt.* (4)

A questi Dei ciechi, sordi, e muti, per servire a quello, che vede tutto, e intende tutto, e che ha fatto tutte le cose colla sola sua parola:

17. Habent aures, sed nunquam audient: sed nec est flatus respirationis in ore ipsorum.

18. His

17. *Aures habent, & non audient: neque enim est spiritus in ore ipso-*

A questi Dei, che non hanno nè spirito, nè vita, per servire a quello, dal quale noi

Tt 2 ab-

[1] Psalm. cr. 13. [2] Deuter. xxxii. 36.
[3] Psalm. cxiii. 4. [4] Sapien. xv. 15.

sorum.

abbiamo lo spirito, e la vita.

18. His similes evadant, qui ea faciunt; & omnes, qui confidunt in eis.

18. *Similes illis fiant, qui faciunt ea: & omnes qui confidunt in eis.*

Rinunziare, dissi, a quest'idoli, e sacrificare al vero Dio, poichè si diviene simile a ciò, che si adora.

19. Vos autem domus, & familia Israelis benedicite Domino: sacerdotalis familia Aaronis benedicite Domino.

19. *Domus Israel benedicite Domino: domus Aaron benedicite Domino.*

Gioire sapendo quanto a Dio sieno grate le lodi di quei, che gli prestano un vero culto:

20. Levitica familia Levi benedicite Domino: & quotquot timetis offendere Dominum, benedicite eidem Domino.

20. *Domus Levi benedicite Domino: qui timetis Dominum, benedicite Domino.*

Di quei, che offrono se stessi come ostie vive, e sante, a' suoi occhi:

21. Dignus est benedictione, ac laude Dominus; laudandusque est semper a Sione: qui peculiaribus suæ præsentiæ signis inhabitat, & protegit Jerusalem.

21. *Benedictus Dominus ex Sion: qui habitat in Jerusalem.*

Di quei finalmente, i quali sono in una continua brama di lodarlo, e di benedirlo sempre nella celeste Gerusalemme.

PSALMUS CXXXV.

Considerare i beneficj di Dio, in generale, ed in particolare, a fine di portarsi all'amore, ed alla riconoscenza, che gli si debbono.

Gemere della dimenticanza, in cui si vive, de' beneficj di Dio. Riguardare questa dimenticanza come la cagione di tutte le nostre ingratitudini.

Al-

Alleluja.

ALLELU cum jubilo, ac lætitia laudate, JA Deum.

PROPHETA. Fatemini Domino dignas laudes eo quod sit bonus, atque beneficus: & eo quod in æternum duratura sit misericordia ejus.

2. Fatemini debitas laudes Deo eorum, qui dii appellantur, licet non sint: eo quod in æternum duratura sit misericordia ejus.

3. Fatemini laudes Domino omnium Dominorum, & principum Terræ: eo quod in æternum &c.

4. Fatemini laudes ei, qui solus facit magna mirabilia: eo quod in &c.

5. Fatemini laudes ei, qui sapientiâ sua fecit Cœlos: eo quod in &c.

6. Fa-

Confitemini Domino quoniam bonus: quoniam in æternum misericordia ejus.

2. *Confitemini Deo Deorum: quoniam in æternum misericordia ejus.*

3. *Confitemini Domino Dominorum: quoniam in æternum misericordia ejus.*

4. *Qui facit mirabilia magna solus: quoniam in æternum misericordia ejus.*

5. *Qui fecit Cœlos in intellectu:* (1) *quoniam in æternum misericordia ejus.*

6. *Qui*

Eccitarsi alla riconoscenza, che si dee a Dio per tutti i beni, che si sono ricevuti dalla sua bontà.

Aggiugnere alla nostra riconoscenza la sommissione perfetta alla sua sovranità.

Dargli segni della nostra gratitudine con un cuore tenero, e sommesso.

Entrare nella numerazione delle cose grandi, ch' egli ha fatto in favor nostro, per rendergliene i più profondi ringraziamenti.

Egli ci ha renduti atti ad occuparci nelle cose celesti.

Tt 3 Egli

[1] Gen. 1. 1.

6. Fatemini laudes ei, qui firmam stabilemque fecit Terram super fluidas aquas abyssi: eo quod in &c.

6. Qui firmavit Terram super aquas: [1] quoniam in æternum misericordia ejus.

Egli ci ha assodati contro l'incostanza naturale, e la leggerezza.

7. Fatemini laudes ei, qui solus fecit luminaria magna: eo quod in &c.

7. Qui fecit luminaria magna: quoniam in æternum misericordia ejus. (2)

Egli hà rischiarato la nostra mente, con due gran lumi, che sono la ragione, e la Fede:

8. Solem nimirum quem fecit, ut potestatem haberet præsentia suâ diem faciendi super Orbem: eo quod in &c.

8. Solem in potestatem diei: quoniam in æternum misericordia ejus.

Colla ragione; per ben condurci nelle cose umane:

9. Et Lunam, ac stellas, quas fecit, ut potestatem haberent præsentiâ suâ illustrandi noctem: eo quod &c.

9. Lunam & stellas in potestatem noctis: quoniam in æternum misericordia ejus.

Colla Fede, per per ben guidarci negli affari, che riguardano la salute.

10. Fatemini laudes ei, qui admirandis flagellis percussit Ægyptum, interfectis quoque omnibus primogenitis Ægyptiorum: eo quod in æternum &c.

10. Qui percussit Ægyptum cum primogenitis eorum: (3) *quoniam in æternum misericordia ejus.*

Egli ha distrutto l'impero delle nostre passioni:

11. Fatemini laudes ei,

11. Qui edu-

Egli ci ha sottrat-

---

[1] Psalm. xxxiii. 2. [2] Gen. 1. 14. 16.
[3] Exod. xii. 29.

ei, qui & Israelem illinc eduxit e medio eorum: eo quod &c.

duxit Israel de medio eorum: [1] *quoniam in æternum misericordia ejus.*

tratti dalla loro servitù:

12. Qui, inquam, eduxit ipsos manu & vi sua valida, & brachio, & robore suo excelso, eo quod in &c.

12. *In manu potenti, & brachio excelso:* [2] *quoniam in æternum misericordia ejus.*

E ce ne ha sottratti colla sua onnipotenza.

13. Fatemini laudes ei, qui divisit mare Rubrum in partes, & sectiones hinc atque hinc: eo quod &c.

13. *Qui divisit mare Rubrum in divisiones:* (3) *quoniam in æternum misericordia ejus.*

Egli ci fa passare per le acque del Battesimo;

14. Quique traduxit Israelem sicco pede per medium ipsum mare Rubrum divisâ aquâ: eo quod in &c.

14. *Et eduxit Israel per medium ejus: quoniam in æternum misericordia ejus.*

Egli ce ne estrae santi, lavandoci da i nostri peccati:

15. Quique in idem mare Rubrum excussit, & præcipitavit Pharaonem, & exercitum ejus: eo quod in &c.

15. *Et excussit Pharaonem, & virtutem ejus in mari Rubro:*(4) *quoniam in æternum misericordia ejus.*

Egli snerva in noi le forze della concupiscenza.

16. Fatemini laudes ei,

16. *Qui tradu-*

Egli ci allontana

(1) Exod. XII. 51. [2] Exod. VI. 6.
(3) Exod. XIV. 21. [4] Exod. XIV. 28. XV. 4.

ei, qui conduxit populum suum per desertum: eo quod in &c.

duxit populum suum per desertum: [1] *quoniam in æternum misericordia ejus.*

na dal Mondo coll' amore della ritiratezza:

17. Fatemini laudes ei, qui magnos reges percussit: eo quod in &c.

17. *Qui percussit reges magnos: quoniam in æternum misericordia ejus.*

Egli abbatte in noi l' orgoglio colle umiliazioni.

18. Et ei, qui reges potentes occidit: eo quod in &c.

18. *Et occidit Reges fortes: quoniam in æternum misericordia ejus.*

Egli fa morire l'avarizia per l'amore della povertà,

19. Sehonem nempe regem Amorrhæorum: eo quod in &c.

19. *Sehon regem Amorrhæorum:* [2] *quoniam in æternum misericordia ejus.*

La voluttà per la mortificazione;

20. Et Oggum quoque regem Basanitidis: eo quod in &c.

20. *Et Og regem Basan:* [3] *quoniam in æternum misericordia ejus.*

La vendetta per la mansuetudine, e per la carità.

21. Et ei, qui Terram ipsorum in hæreditariam possessionem dedit: eo quod in æternum &c.

21. *Et dedit terram eorum hæreditatem:* (4) *quoniam in æternum misericordia ejus.*

Egli cangia i piaceri de' sensi in piaceri dello spirito;

22. In — 22. *Hæ* — I de.

[1] Exod. XII. 17. 18. XV. 10. [2] Num. XXI. 24.
[3] Num. XXI. 33. 35. [4] Josue III. 17.

22. In hæreditariam, inquam, possessionem dedit populo Israelitico servo suo; eo quod in &c.	22. *Hæreditatem Israel servo suo: quoniam in æternum misericordia ejus.*	I desiderj delle cose temporali in desiderj dell' eterne.
23. Fatemini laudes Domino, quia in nostra humiliatione, atque depressione memorem se esse nostri ostendit; eo quod in &c.	23. *Quia in humilitate nostra memor fuit nostri: quoniam in æternum misericordia ejus.*	Ei ci consola nelle nostre afflizioni;
24. Nosque redemit, & eripuit ab inimicis nostris, & a tribulationibus nostris: eo quod in &c.	24. *Et redemit nos ab inimicis nostris: quoniam in ęternum misericordia ejus.*	Egli ci difende contro le tentazioni;
25. Fatemini laudes ei, qui dat cibum omni animanti: eo quod in &c.	25. *Qui dat escam omni carni:* (1) *quoniam in æternum misericordia ejus.*	Egli finalmente provvede a tutti i nostri bisogni.
26. Fatemini laudes Deo creatori Cœli: eo quod in æternum &c.	26. *Confitemini Deo Cæli: quoniam in æternum misericordia ejus.*	Esaminare in particolare ciascuno di questi benefici: confessare, che si debbono alla bontà, ed alla misericordia di Dio.
27. Fatemini semper dignas quantum potestis	27. *Confitemini Domino Do-*	Esser penetrati da una viva ricono-

[1] Psalm. CIII. 27. CXLIV. 15. CXLVI. 9.

ſtis laudes Domino omnium Dominorum, ac principum Terræ: eo quod in æternum duratura ſit miſericordia ejus.

Dominorum: quoniam in æternum miſericordia ejus.

noſcenza: eccitarſi ad amarlo; occuparſi nelle ſue lodi, e dedicarſi tutto al ſuo ſervigio.

PSALMUS CXXXVI.

DIſprezzare la vita preſente. Soſpirare verſo il Cielo. Non parlare delle coſe ſante con quei, che le diſprezzano. Ricordarſi, che ſi trovano molte perſone, le quali non ſi applicano ſe non a fraſtornare dal bene, per indurre al male. Applicarſi perciò a ritirarle dal male per condurle al bene.
Indirizzare i penſieri e le brame al Cielo.
Fuggire coloro, i quali ce ne ſono
di oſtacolo.

Pſalmus David Jeremiæ.

Pſalmus Davidi inſpiratus, aptus & congruens temporibus Jeremiæ prophetæ.

PROPHETA. Juxta flumina Euphratem, & Tigrim, & alia Terræ Chaldææ, & Babyloniæ, ibi mœſti ob exilii noſtri diuturnitatem ſedebamus, & plorabamus, cum recordaremur Sion patriæ noſtræ.

Super flumina Babylonis, illic ſedimus, & flevimus: cum recordaremur Sion.

Riguardare il Mondo come un ſoggiorno di confuſione; la Terra come il luogo del noſtro eſilio; il Cielo come noſtra patria.

2. Et captivitatis tempore ad ſalices fluminum intra camdem ter-

2. *In ſalicibus in medio ejus: ſuſpendimus*

Soſpirare inceſſantemente per eſſa; indirizzare là tut-

terram Babyloniam suspendimus neglectas citharas, & reliqua musica instrumenta nostra.

mus organa nostra.

tutti i nostri desiderj; passare la vita presente in una santa tristezza.

3. Porro quando ibi Babylonii ipsi, qui captivos nos duxerant, a nobis petebant, ut verba canticorum caneremus;

3. *Quia illic interrogaverunt nos, qui captivos deduxerunt nos: verba cantionum.*

Non ascoltare coloro, che non ispirano, che l'allegrezza sotto il pretesto, ch'ella è innocente:

4. Quique nos abduxerant a Sion, petebant a nobis hymni cantum, dicentes: *Canite nobis canticum aliquod de canticis Domini, olim consuetis in templo vestro montis Sion:*

4. *Et qui adduxerunt nos:* Hymnum cantate nobis de canticis Sion.

Nè coloro, che sotto un falso pretesto vogliono intender da noi cose edificanti.

5. Nos ei respondebamus: *Et quomodo cantabimus lætum Domini canticum in Terra hac extranea, & aliena a vero Dei cultu, & religione?*

5. *Quomodo cantabimus canticum Domini: in Terra aliena?*

Contenersi in queste regole di condotta, di non comunicare le cose sante se non con quei, che le amano, e in nessun modo con coloro, che le mettono in burla.

6. Si tui oblitus fuero, o Jerusalem; in perpetua quoque oblivione mihi sit dextera mea; ut nunquam pulset musicum quodlibet instrumentum.

6. *Si oblitus fuero tui Ierusalem: oblivioni detur dextera mea.*

Fuggire l'imbarazzo delle cose del Mondo, che getta nella dimenticanza di quelle di Dio.

7. Ag- 7. *Ad-* Schi-

7. Agglutinetur potius lingua mea gutturi meo, ne læta carmina decantem, si amisero memoriam tui:

8. Et si non te præposuero, Jerusalem, in primo ordine, ac veluti in principali exordio omnis lætitiæ meæ.

9. Memento, Domine, Idumæorum posterorum Edom, quomodo in die destructionis Jerusalem,

10. Ipsi dicerent Babyloniis destructoribus: *Evacuate evacuate civitatem istam, ac destruite; quousque deveniatis etiam ad fundamenta ipsa omnium ædificiorum, quæ in ea sunt urbe.*

11. O infelix, & misera civitas, & regio Babylonia, nunc quidem prædatrix, sed cito diripienda a Regibus Persarum, atque Medorum! felix qui tibi vicissim redditurus est retributionem illam condigne tibi debitam, quam consimiliter tu nobis ante reddidisti.

12. Felix utique, qui parvulos tuos Babylonios

7. *Adhæreat lingua mea faucibus meis: si non meminero tui.*

8. *Si non proposuero Jerusalem, in principio lætitiæ meæ.*

9. *Memor esto, Domine, filiorum Edom: in die Jerusalem.*

10. *Qui dicunt:* Exinanite, exinanite, usque ad fundamentum in ea.

11. *Filia Babylonis misera: beatus, qui retribuet tibi retributionem tuam, quam retribuisti nobis.*

12. *Beatus, qui tenebit, & al.*

Schivare i discorsi, e le conversazioni, che dissiperebbono il nostro cuore;

Ed impedirebbono di riporre tutto il piacere in occuparsi in esse.

Non iscordarsi, che si trovano troppi nemici del nostro attaccamento alle cose di Dio,

E che non pensano se non a distruggere in noi ogni sentimento di pietà.

Armarsi di un santo zelo contro questa sorta di gente, è santamente sforzarsi, per render loro la pariglia,

D' impedire i loro piaceri nel ma-

nios apprehendet, & conquassando allidet ad petram; sic justo Dei judicio puniente peccata tua:

allidet parvulos tuos ad petram. [1]

male, com'essi vogliono impedire i nostri nel bene.

PSALMUS CXXXVII.

Riconoscenza verso Iddio. Desiderare, che egli sia conosciuto, e preferito a tutto ciò, che vi è di grande nel Mondo. Fiducia, e abbandonamento nelle sue mani.

Rimettersi totalmente nelle mani di Dio, e nella sua provvidenza, poichè siamo opera sua.

Ipsi David.

Psalmus Davidi inspiratus.

PROPHETA. Fatebor tibi, Domine, debitas laudes, gratiarumque actiones ex toto animo meo: eo quod exaudiveris omnia verba precum, quæ ore meo a te fueram precatus.

Confitebor tibi, Domine, in toto corde meo: quoniam audisti verba oris mei.

Esser totalmente penetrati di gratitudine verso Dio, per averci ascoltati, ed esauditi.

2. Et coram Angelis tuis psalmos tibi cantabo; & incurvatus adorabo versus templum tuum sanctum: meamque laudis tuæ confessionem offeram numini tuo;

2. *In conspectu Angelorum psallam tibi: adorabo ad templum sanctum tuum, & confitebor nomini tuo.*

Averne i sentimenti nel cuore, ed esporli alla presenza degli Angeli, e degli uomini.

3. Pro- 3. *Su-* Rin-

[1] Isai. XIII. 16.

3. Propter misericordiam tuam, & fidelitatem tuam in implendis promissis: nam sic erga omnia misericors & fidelis, magnum & præclarum reddidisti nomen sanctum tuum.

3. *Super misericordia tua, & veritate tua: quoniam magnificasti super omne nomen sanctum tuum.*

Ringraziarlo non solamente della sua fedeltà nelle sue promesse, ma ancora della bontà, che l'ha indotto a farle.

4. In quacumque te die invocavero, cito me exaudi: multamque curam habe de me, intus maxime in anima mea per operationem potentiæ tuæ.

4. *In quacumque die invocavero te, exaudi me: multiplicabis in anima mea virtutem.*

Chiedere continuamente a Dio l'aumento, ed il progresso nelle virtù, ad effetto di essere sempre esauditi.

5. Profiteantur tibi, Domine, tuas laudes omnes Reges Terræ: eo quod audiverint impleta esse verba promissionum, quæ ore tuo promiseras.

5. *Confiteantur tibi, Domine, omnes reges Terræ: quia audierunt omnia verba oris tui.*

Desiderare, che i più grandi del Mondo sieno istruiti delle verità di Dio:

6. Et cantent de mirabilibus viis & consiliis, & factis Domini, quod magna sit gloria Domini;

6. *Et cantent in viis Domini; quoniam magna est gloria Domini.*

Ch'essi rendano alla Grandezza divina l'omaggio supremo, che l'è dovuto:

7. Et quod Dominus sit excelsus: & tamen humilia benigno oculo respiciat, & elata atque superba veluti de longinquo cognoscat tam-

7. *Quoniam excelsus Dominus, & humilia respicit:* (1) *& alta a longe cognoscit.*

8. Si

E che riconoscano la vanità di tutta la grandezza umana alla vista della divina.

Au-

[1] Psalm. cxii. 5. 6.

tamquam a ſuo favore remota.

8. Si verſabor in media tribulatione tu me, Domine, vivifica & incolumem ſerva: ſemper enim aliàs contra iracundiam inimicorum meorum extendiſti manum tuam, ut illos compeſceres; meque ſalvavit defenſatrix dextera tua.

8. Si ambulavero in medio tribulationis, vivificabis me: & ſuper iram inimicorum meorum extendiſti manum tuam, & ſalvum me fecit dextera tua.

Aumentare la fiducia in Dio a miſura, che creſcono le tribulazioni, e riguardarle come occaſioni di far maggiormente conoſcere gli effetti della ſua potenza, e protezione.

9. Dominus rependet vicem inimicis meis pro me. Domine miſericordia tua in æternum permanet: nos ergo opera manibus omnipotentiæ tuæ condita, ne, quæſo, deſpicias, neque deſeras in afflictione & anguſtia.

9. Dominus retribuet pro me; Domine, miſericordia tua in ſæculum: opera manuum tuarum ne deſpicias.

Riguardarſi come l'opera delle ſue mani, più intereſſate a difenderla, che noi ſteſſi, ed abbandonarſi alle ſue cure in vece di penſare a vendicarſi.

PSALMUS CXXXVIII.

COgnizione eſatta, che Iddio ha di noi, e di tutto ciò che paſſa in noi. Tutto gli è preſente, come egli è preſente per tutto. Indarno ſi pretende ſottrarſi alla ſua viſta. Conformità con Dio come ſua opera: In che ella conſiſte.

Avere ſempre gli occhi rivolti verſo Iddio, poichè egli li ha di continuo fiſſi ſopra di noi.

In finem, Pſalmus David.

In perpetuum decantandus Pſalmus Davidi inſpiratus.

PRO-

PROPHETA. Domine, tu me totum exploratum, & cognitum habes: tu nosti omnes actiones, quas ego suscipio sive sedens, sive exurgens & stans.

Domine probasti me, & cognovisti me: tu cognovisti sessionem meam, & resurrectionem meam.

Riguardarsi sempre sotto gli occhi di Dio; persuadersi di esservi continuamente:

2. Immo & cogitationes ipsas meas longe antequam fiant, jam tu ab æterno intellexisti: & semitam omnem, & incessum meum, totamque mansionem meam intra funiculum, & mensuram hæreditatis meæ; & filum & seriem totius vitæ meæ pervestigata habes, & explorata.

2. Intellexisti cogitationes meas de longe: semitam meam, & funiculum meum investigasti.

Ch'egli vede sì chiaramente ciò, che passa nel nostro interno, come le situazioni del nostro corpo.

3. Omnesque vias actionum mearum tu longe ante vidisti: quare bene nosti, quod non sit sermo dolosus, vel injustus in lingua mea.

3. Et omnes vias meas prævidisti: quia non est sermo in lingua mea.

Che le nostre mire, i nostri disegni, e le nostre stesse parole gli sono note prima, che noi le formiamo.

4. Ecce, Domine, tu nosti omnia, tum novissima, tum antiqua: tu me formasti, & super me posuisti manum tuam, ut me conservates, atque protegeres.

4. Ecce, Domine, tu cognovisti omnia novissima, & antiqua: tu formasti me, & posuisti super me manum tuam.

Persuadersi, dico, ch'essendo l'opera delle sue mani, niuna cosa può essere in noi, nè per conto del passato, nè per conto dell'avvenire, di cui egli non abbia una perfetta co-

5. Admirabilis facta est præ me, & supra captum meum cognitio, & notitia tui, vel ex ipso opificio, formatione, atque structura mei: quæ tui cognitio excelsior est, ac fortior captu meo, nec ad eam pertingere potero, ut plene comprehendam.

6. Quo abibo a te, qui spiritus es immensus omnia replens? & a præsentia tua, cum ubique adsis, quò fugiam?

7. Si enim ascendero in Cœlum, tu ibi es: & si descendero in Infernum, tu ibi ades.

8. Si accepero alas meas in regionibus ad Orientem, ubi primum diluculascit, & inde celerrime advolavero, & habitavero in extremis partibus maris Oceani ad Occidentem,

9. Etiam illuc manus tua in eo me itinere deducet; neque ibi te-

5. Mirabilis facta est scientia tua ex me: confortata est, & non potero ad eam.

6. Quo ibo a spiritu tuo? & quo a facie tua fugiam?

7. Si ascendero in Cælum tu illic es: si descendero in Infernum ades [1].

8. Si sumpsero pennas meas diluculo: & habitavero in extremis maris.

9. Etenim illuc manus tua deducet me: & te-

cognizione:

E tanto perfetta, che noi non possiamo giammai nè uguagliarla, nè ammirarla abbastanza.

Persuadersi ancora, che siccome egli riempie tutto col suo spirito, tutto è palese agli occhi suoi:

Ch'egli è ugualmente presente nel più alto de' Cieli, e ne' più profondi abissi per la sua immensità:

Che inutilmente uno tenterebbe di sottrarsi dalla sua vista, passando in un istante da una estremità del Mondo all'altra;

Poichè non si può fare un passo senza il suo ajuto:

V u Che

[1] Amos IX. 2.

retinebit dextera tua.

10. Quod si dixero, *Saltem me tenebræ noctis operient, & oppriment ne a te videar*: etiam ipsa nox tibi est lux, & lucida ostensio mei una cum meis omnibus voluptatibus, quas, in tenebris licet, mei sensus acciperent.

11. Nam tenebræ non erunt tenebricosæ, & obscuræ coram te: & nox quasi esset dies, erit tibi lucida: sicut tenebræ noctis, ita & lux diei nullo discrimine consimiliter sunt perspicua tibi.

12. Tu enim in tua potestate, & notitia habuisti omnes intimos affectus meos, & passiones meas: meque adjuvandum excepisti jam inde a tempore, quo eram in utero matris meæ.

13. Tibi igitur confitebor, quod terribiliter magnus, & mirabilis fueris in formatione mei: opera tua pro-

tenebit me dextera tua.

10. *Et dixi*: Forsitan tenebræ conculcabunt me: *& nox illuminatio mea in deliciis meis.*

11. *Quia tenebræ non obscurabuntur a te*, [1] *& nox sicut dies illuminabitur: sicut tenebræ ejus, ita & lumen ejus.*

12. *Quia tu possedisti renes meos: suscepisti me de utero matris meæ.* [2]

13. *Confitebor tibi, quia terribiliter magnificatus es: mirabi-*

Che indarno si scelgono le tenebre per occultare i proprj piaceri;

E ch'egli vede ugualmente tutto ciò, che passa in noi nella notte, come nel giorno.

Rammentarsi, che questo grande Iddio ci ha formati nel seno della nostra madre.

Pensare adunque a lodare la sua grandezza infinita, e non ad occultarci a gli oc-

---

[1] Job xxxiv. 22. [2] Job x. 11.

profecto mirabilia sunt, hominumque superant opinionem : ita quod ita esse & anima ipsa mea valde cognoscit.

bilia opera tua, & anima mea cognoscit nimis.

occhi suoi.

14. Non est tibi occultatum ne unum quidem ex ossibus meis, quæ mihi fecisti in abdito ventris matris meę; nec occultata est tibi substantia mea, cum adhuc esset in maternis visceribus, tamquam in imis locis Terræ sepulta.

14. *Non est occultatum os meum a te, quod fecisti in occulto* : [1] *& substantia mea in inferioribus Terrę.*

Pensare, che non vi è alcuna parte del nostro corpo, la quale non sia opera della sua onnipotenza:

15. Oculi enim tui viderunt corpusculum meum cum adhuc informe esset, & imperfectum in utero genitricis meæ. Ad hunc item modum omnes homines scripti erunt in libro notitiæ tuæ : qui licet innumeri per dies singulos formentur, nemo tamen ex eis erit, qui non in tuo libro scribatur.

15. *Imperfectum meum viderunt oculi tui; & in libro tuo omnes scribentur: dies formabuntur, & nemo in eis.*

Ch'egli lo hà veduto, allorchè era anche informe; e ch'è stato formato successivamente sotto la sua vista, e sotto gli occhi suoi.

16. Inter quos homines a me præcipue honorati sunt amici, & familiares tui Deus : valde enim a te robora-

16. *Mibi autem nimis honorificati sunt amici tui Deus: nimis conforta-*

Conchiudere da ciò, che Iddio ci ha fatti quello, che noi siamo, e ci conosce sì per-

[1] Eccl. 11. 5.

ratus est principatus, & dignitas ipsorum.

tatus est principatus eorum.

fettamente, ch'è d'uopo sollevarci sopra di noi stessi, ed unirci a lui con perfetta conformità:

17. Quos item si enumerare voluero, etiam plusquam arena multi erunt: evigilavi a somno calamitatum, quibus oppressus jacebam pene mortuus: & ecce adhuc tecum sum inter vivos te laudantes, inter quos semper tecum ero:

17. Dinumerabo eos, & super arenam multiplicabuntur: exurrexi, & adhuc sum tecum.

Prevenendo con gli onori quei, ch' egli onora; e soggettandoci a quelli, ch'ei stabilisce per governare:

18. Si tu tamen, Deus, interfeceris peccatores, qui mihi vitam conantur eripere. Discedite a me viri sanguinarii, & homicidæ,

18. Si occideris Deus peccatores: viri sanguinum declinate a me.

Ardendo di un santo zelo contro questi empj, e questi uomini sanguinarj,

19. Quia in maligna cogitatione versamini contra me. Hi certe nisi tu eos, Domine, exterminaveris, accepturi sunt sibi civitates tuas, ut vanitate inflent animos suos.

19. Quia dicitis in cogitatione: accipient in vanitate civitates tuas.

Sì degni delle vendette, che Iddio fa della loro insolenza, e dello loro crudeltà;

20. An non jure merito odivi odientes te, Domine? & an non contra inimicos tuos justa indignatione tabescebam, & consumebar?

20. Nonne qui oderunt te, Domine, oderam? & super inimicos tuos tabescebam?

Odiando coloro, i quali non hanno se non disprezzo, ed avversione per Iddio; e sopportandoli con pena;

21. Odio

21. Per-

Ma

21. Odio perfecto, & maximo oderam illos, odiendo peccata, sed diligendo naturam: & ob hanc justam causam ipsi injuste inimici facti sunt mihi.

21. Perfecto odio oderam illos: & inimici facti sunt mihi.

Ma con pena, che derivi dalla carità, e non dal risentimento della loro inimicizia.

22. Examina me, Deus, & cognosce animum meum: scrutare me, gressusque omnes mearum actionum, & cogitationum cognosce:

22. Proba me, Deus, & scito cor meum (1) *: interroga me, & cognosce semitas meas.*

Aspirare incessantemente a questa beata conformità con Dio, che bandisce dal cuore, e dalla condotta fino la minima opposizione.

23. Et vide an iniquae sit via vivendi prava & iniqua: & tu deduc me per viam rectam in hoc saeculo, per quam me deducas ad beata sempiterna saecula.

23. Et vide, si via iniquitatis in me est: & deduc me in via aeterna.

A questa beata conformità, dico, che allontanando dalle vie del peccato, fa camminare in quelle dell' innocenza, senza discostarsene giammai.

PSALMUS CXXXIX.

Condotta di un vero Fedele verso i suoi nemici, e de' suoi nemici contro di lui. Come ei deve rivolgersi a Dio.

Avere Iddio per protettore, invocandolo a favore de' persecutori.

In finem, Psalmus David.

Vu 3 In

[1] Psalm. xxv. 2.

In perpetuum decantandus Psalmus, Davidi inspiratus:

PROPHETA. Exime me, Domine, ex manu, & vi hominis maligni, & a viro injusto, & violento libera me.

Eripe me, Domine, ab homine malo: a viro iniquo eripe me.

Considerate qui un vero Fedele, un uomo dabbene, di cui si perseguita l' innocenza.

2. Qui animo suo cogitaverunt res injustas; & tota die rixarum prælia disponebant & instruebant.

2. Qui cogitaverunt iniquitates in corde: tota die constituebant prælia.

Non pensando i suoi nemici che a perderlo, dandogli ad ogni momento nuovi assalti.

3. Qui linguam suam exacuerunt instar serpentis venenati: sub quorum verbis latet velut aspidum venenum.

3. Acuerunt linguas suas sicut serpentis: venenum aspidum sub labiis eorum. [1]

Lacerandolo co' loro cattivi discorsi, ed attossicando le sue migliori azioni.

4. Custodi me, Domine, de manu, & vi hujusmodi peccatoris, & e viris injustis exime me.

4. Custodi me, Domine, de manu peccatoris: & ab hominibus iniquis eripe me.

Considerate, dissi, quest'uomo dabbene, che in tale stato si volge a Dio, e non aspetta il soccorso se non da lui.

5. Qui cogitaverunt veluti subjecto suo pede intercipere, & propellere ad lapsum gressus meos; istiusmodi enim superbi homines occultè posuerunt laqueum,

5. Qui cogitaverunt supplantare gressus meos: absconderunt superbi laqueum mihi. [2]

I suoi nemici all'opposto applicati a sorprendetlo astutamente, e a farlo cadere ne' lacci, ch' essi gli tendono;

6. Et

Se-

[1] Psalm. lvii. 5. Rom. iii. 13.
[2] Psalm. xxxiv. 7. lvi. 7. cxl. 9.

queum, & insidias, ut me comprehendant.

6. Et funes tetenderunt ad illaqueandos pedes meos: & juxta semitam, quà iter facturus sum, offendiculum posuerunt mihi, ut in illud impingam, & corruam.

6. Et funes extenderunt in laqueum: juxta iter scandalum posuerunt mihi.

Seguendolo da vicino, esaminando tutti i suoi passi, per non perdere alcuna occasione di riuscire ne' loro perversi disegni.

7. Sed ego inter has insidias dixi tibi: Domine: *Tu es Deus meus: benignis ergo auribus audi, Domine, vocem hujus deprecationis meę.*

7. Dixi Domino, Deus meus es tu: exaudi, Domine, vocem deprecationis meæ.

Se Iddio permette, che siamo in tal guisa perseguitati, ricorrere a lui con fiducia, come al solo protettore degli afflitti.

8. Domine, Domine a cujus fortitudine pendet salus mea: tu semper alidś posuisti umbraculum, & tegmen tuæ defensionis super caput meum in die, quo erat prælium contra me.

8. Domine, Domine, virtus salutis meæ: obumbrasti super caput meum in die belli.

Ricordarsi con riconoscenza dei soccorsi, che se ne sono ricevuti nelle occasioni.

9. Propter hoc desiderium meum de obtinenda a te salute mea, ne queso me nunc tradas, Domine, cupiditatibus peccatoris: cogitaverunt enim hujusmodi impii mala adversus me: neque me deseras, ne quando se ex-

9. Ne tradas me, Domine, a desiderio meo peccatori: cogitaverunt contra me: ne derelinquas me, ne forte exaltentur. (1)

E scongiurarlo per la gloria, che gli risulta, d'impedire, che gli nemici de' suoi servi non abbiano sopra di essi del vantaggio, e di non abbandonarli tra le loro mani.

10. Ca-

(1) Deuter. xxxii. 27.

extollant superbè, ac de me a se oppresso glorientur.

10. Præcipuum illud caput circuitionis eorum me circumdantium & oppugnantium, nempe vexatio mei per eorum labia maledica, atque mendacia; id rei non me certe, sed eos ipsós operiet & obruet.

10. *Caput circuitus eorum: labor labiorum ipsorum operiet eos.*

Pregare per questi infelici, e domandare a Dio di far loro conoscere, che tutti i mali, che ci vogliono fare, ricaderanno sopra di essi.

11. Et carbones igniti cœlitus decident super eos adhuc vivos in Terra, eosque tu Deus in ignem dejicies: & in miseriis & foveis conjecti, non amplius subsistent, ut inde consurgant.

11. *Cadent super eos carbones,* [1] *in ignem dejicies eos: in miseriis non subsistent.*

Ch'egli li farà consumare dal fuoco delle più crudeli tribolazioni, che si possano immaginare.

12. Plane vir linguax, & maledicus non bene dirigetur, & prosperabitur in Terra: mala enim venabuntur, & capient tandem virum injustum, ut eum ad interitum pertrahant & exitium.

12. *Vir linguosus non dirigetur in Terra: virum injustum mala capient in interitu.*

Che farà rivolgere le loro calunnie in ruina della loro propria riputazione; e che la loro morte sarà tanto funesta, quanto la loro vita sarà stata miserabile.

13. Novi enim quod Dominus factutus est judicium in causa inopis oppressi: & vin-

13. *Cognovi quia faciet Dominus judicium inopis: &*

E che in tal maniera Iddio prende in mano presto, o tardi la difesa dell'

[1] Psalm. x. 10, 7.

vindictam in causa pauperum.

14. At contra justi laudis confessionem, gratiarumque actiones nomini tuo, Domine, deferent: & viri recti habitabunt, & permanebunt cum benigno respectu vultus tui.

& vindictam pauperum.

14. Verumtamen justi confitebuntur nomini tuo: & habitabunt recti cum vultu tuo.

dell'innocente oppresso.

Imparare da tutta questa condotta di Dio a lodarlo, quando siamo perseguitati: e rendersi degni colla mansuetudine, e colla pazienza della gloria eterna, che ne sarà la ricompensa.

PSALMUS CXL.

L'Orazione deve essere un sacrifizio offerto continuamente a Dio: niuna cosa ne deve offendere la purità. Preferire le riprensioni alle lodi. Pregare per quelli, da' quali siamo perseguitati, perchè vogliamo essere di Dio.

Dilettarsi dell'orazione, e per mezzo di essa fare a Dio un continuo sacrifizio del nostro cuore.

Psalmus David.

Psalmus Davidi inspiratus.

PROPHETA. Ad te, Domine, clamorem dedi, ut mihi succurras; festinans exaudi me: adtende ad vocem hanc deprecationis meę, cum ad te vehemente affectu clamaverim.

Domine, clamavi ad te, exaudi me: intende voci meæ, cum clamavero ad te.

Pregare di continuo, e pregare con fervore per essere ascoltati da Dio, e per essere esauditi.

2. Oratio hæc mea recta

2. Dirigatur

Fare che la nostra

ſta, & grata ſit coram te, ſicut ſuffimentum crematorum aromatum, quod tibi ſingulis diebus mane veſperique ſolet offerri in templo; & precatio mea, quam elevatis ad Cœlum manibus fundo, recta & accepta tibi ſit, ſicut ſacrificium ex farina, quod cum libamine vini & agno veſpere tibi offertur in eodem templo quotidie.

3. Appone, Domine, cuſtodiam ori meo: & oſtium circumſtans, & muniens pone circum labia mea, ne quid temere imprudenterque loquantur.

4. Ne relinquas cor meum flecti, & declinare ad proferenda verba malitioſa; ut prætexam prætextus, & excuſationes adhibeam pro excuſandis peccatis meis:

5. Inſtar eorum hominum, qui id, quod iniquum eſt, faciunt cum ob-

tur oratio mea ſicut incenſum in conſpectu tuo:[1] *elevatio manuum mearum ſacrificlum veſpertinum.* (2)

3. *Pone, Domine, cuſtodiam ori meo: & oſtium circumſtantiæ labiis meis.* (3)

4. *Non declines cor meum in verba malitiæ: ad excuſandas excuſationes in peccatis.*

5. *Cum hominibus operantibus iniqui-*

ſtra preghiera ſia il ſacrifizio della ſera, e del mattino; il ſacrifizio perpetuo offerto a Dio ſull'altare del noſtro cuore.

Domandare a Dio la grazia di vegliare di continuo ſopra di noi ſteſſi, a fine di non alterar niente la purità di queſto ſacrifizio,

O con parole, che feriſcono la carità, o con diſcorſi contratj all' umiltà;

O colle cattive compagnie, che ci precipitano nello

[1] Exod. xxx. 34. [2] Exod. xxix. 41.
[3] Pſalm. xxxviii. 2. Eccli. xxii. 33.

obstinatione: cum quibus & nullam communionem, & participationem habebo, nec in iis rebus ipsis, quas ad suas jucunditates, atque delitias ipsi selegerint.

quitatem: & non communicabo cum electis eorum.

lo sregolamento.

6. Erudiat me plane, atque corripiat justus cum misericordia, & sine iracundia, meque redarguat: at suave licèt & odoratum oleum peccatoris non inungat caput meum, neque suis me blanditiis demulceat, ac seducat.

6. *Corripiet me justus in misericordia, & increpabit me:* [1] *oleum autem peccatoris non impinguet caput meum.*

Preferire sempre alle lodi de' peccatori, che colà ci portano, le savie riprensioni delle persone dabbene, che c' impediscono di cadervi.

7. Nam & oratio hæc mea ad te fit etiam pro malitiis eorum, in quibus sibi placent, ut vel ab eis ipsi convertantur, vel ut ego certe in illas non incidam. Juxta similitudinem petræ demersæ in profundum nullo relicto vestigio, sic judices, & potentes eorumdem iniquorum, nisi convertantur, absorti erunt ab inferno.

7. *Quoniam adbuc & oratio mea in beneplacitis eorum: absorpti sunt juncti petræ judices eorum.*

Desiderare, ch' essi si ricordino delle vendette terribili, che Iddio prenderà di loro; e ch' egli schiaccierà il loro capo sulla pietra:

8. Et tunc malo suo intelligent, quod verba

8. *Audient verba mea, quo-*

Affinchè essi escano dalla loro du-

[1] Prover. ix. 8.

ba precum mearum jucunda fuerint, plurimumque valuerint apud te, cum me liberaveris oppressum injuste, & injustos ipsos persecutores meos æterno supplicio damnaveris. Sicut crassa gleba terræ aratro agricolæ discissa & dispulsa est super terræ superficiem,

quoniam potuerunt: sicut crassitudo terra erupta est super terram.

durezza, e dalla loro empietà.

9. Sic irruentibus in nos persecutoribus dispersa sunt ossa & robora nostra juxta sepulchrum & infernum, tam vicinâ morte, ut alterum pedem habeamus in sepulchro. Quoniam autem ad te Domine, Domine, respiciunt oculi mei, & in te speravi, tu vicissim ne perire sinas animam, vitamque meam.

9. *Dissipata sunt ossa nostra secus infernum: quia ad te Domine, Domine oculi mei; in te sperávi, non auferas animam meam.*

Rappresentarò a Dio ciò che soffriamo per parte di questi nemici d'ogni giustizia, perchè ci attacchiamo a lui, e riponiamo in lui tutta la nostra speranza.

10. Custodi me a laqueo, quem insidiose persecutores isti posuerunt, ut me irretitum comprehenderent: & custodi me ab offendiculis paratis ab hisce operantibus id, quod est

10. *Custodi me a laqueo, quem statuerunt mihi:* [1] *& a scandalis operantium iniquitatem.*

Scongiurarlo di preservarci dalle insidie, ch'essi ci tendono per rovinarci:

11. *Ca-*

E di

[1] Psalm. cxxxix. 6.

est iniquum, ne in ea ego forte incurram, & corruam.

11. Cadent tandem peccatores ipsi in rete quisque suum, quod adversus me tetenderant: & ego interim seorsum ab illis solitarius degam, quousque eorum insidias divinâ me protegente gratiâ illæsus pertranseam.

11. Cadent in retiaculo ejus peccatores: singulariter sum ego, donec transeam.

E di far conoscere la sua potenza, facendovi cadere loro stessi, e liberandone noi.

PSALMUS CXLI.

Essere penetrati dalla sua estrema miseria, e sentirla vivamente, per pregare come bisogna. Riconoscere, che Iddio solo può ajutarci, e sottrarcene. Desiderare ardentemente il giorno, in cui finirà la nostra servitù, e sarà il principio della nostra felicità.

Considerare spesso la propria miseria, per conoscerla, per gemerne, per desiderare di uscirne fuori.

Intellectus David, cum esset in spelunca oratio.

Psalmus intelligentiæ & eruditionis plenus, inspiratus Davidi, quæ est oratio ipsius, quando latebat in spelunca, quo fugerat metu Saulis Regis.

Propheta. Voce mea magno animi clamore ad Dominum modo clamavi, meaque

Voce mea ad Dominum clamavi: voce mea ad Dominum

Alzare le grida verso Iddio, essendo trafitti dalle proprie miserie.

Span-

que voce a Domino deprecatus sum.

num deprecatus sum.

2. Pergam effundere coram illo precem meam: eique meam tribulationem & angustiam exponere,

2. Effundo in conspectu ejus orationem meam: & tribulationem meam ante ipsum pronuncio.

Spandere il cuore, e la preghiera avanti di lui nell'estrema afflizione, che ne sentiamo;

3. Cum jam per summum mœrorem, & anxietatem pene me defecerit anima mea. Et quidem, Domine, tu bene nosti vias incessus actusque omnes vitæ meæ.

3. In deficiendo ex me spiritum meum: & tu cognovisti semitas meas.

E nell' oppressione, in cui ci troviamo, senza sapere donde uscirne.

4. In hac ipsa via, qua ego modo ibam, fugiens persecutores meos, ubi ipsi occultum laqueum, & insidias posuerant contra me:

4. In via hac quâ ambulabam: absconderunt laqueum mihi. [1]

Oppressione sì grande, che qualunque strada si voglia prendere, non vi si trovano se non che insidie, e difficoltà insuperabili;

5. In ea, inquam, via & fugiebam, & simul considerabam ad dexteram, & respiciebam ad sinistram, num aliquis amicus me profugum exciperet, sed nullus erat, qui me agnosceret.

5. Considerabam ad dexteram, & videbam: & non erat, qui cognosceret me.

E da qualunque lato si volge, non si trova verun soccorso.

6. Præ- *6. Pe-* Op-

(1) Psalm. cxxxix. 6.

6. Præclusum est jam mihi omne effugium: & non est aliquis, qui exquirat salvare animam vitamque meam.

6. *Periit fuga a me: & non est, qui requirat animam meam.* [1]

Oppressione, dissi, in cui si vorrebbe fuggire da se stessi senza poterlo, in cui si domanda soccorso senza poterlo ricevere.

7. In his desperatis rebus ad te, Domine, vehementi animi clamore clamavi, & dixi: *Tu solus es spes mea: in te solo ego spero: tu es, qui mihi das sortem & partem, ut adhuc maneam in Terra cum viventibus: tuque eris mihi tota veluti portio hæreditaria, quam desideranter cupio, & expecto in illa superna Terra beate viventium.*

7. *Clamavi ad te, Domine, dixi:* Tu es spes mea, portio mea in terra viventium. (2)

Riflettere sopra noi stessi per conoscere questo fondo di miseria; e riconoscere, che Iddio solo può sottrarcene.

8. Attende ergo ad deprecationem hanc meam: quia nimium valde depressus sum viribusque attenuatus.

8. *Intende ad deprecationem meam: quia humiliatus sum nimis.*

Invocarlo con fiducia, persuasi della propria impotenza.

9. Libera me ab his persecutoribus meis: nam corroborati sunt supra quam sint vires meæ.

9. *Libera me a persequentibus me: quia confortati sunt super me.*

Gettare lo sguardo su la calca de' nemici, che ci attorniano da tutte le parti.

10. Ab

10. *Educ*

So-

[1] Psalm. XXX. 12. 13. LXXXVII. 9. 19.
[2] Psalm. XV. 5. LXXII. 26. CXVIII. 57. Thren. III. 24. Psal. XXVI. 13.

10. Ab istiusmodi carcere & speluncâ, ubi obsessus lateo, educ animam meam, ut laudes, gratiarumque actiones profiteatur divinæ majestati tuæ, Domine: exitum enim rerum mearum in hac grandi persecutione homines justi, ac probi suspensi expectant; quoadusque versâ jam vice post hęc præsentia mala tribuas bona mihi, quemadmodum in te spero.

10. *Educ de custodia animam meam ad confitendum nomini tuo: me expectant justi, donec retribuas mihi.*

Sospirare per lo giorno, in cui liberati dalla servitù delle nostre passioni, e dalle miserie della vita, ne renderemo a Dio, con i Santi, eterni ringraziamenti.

PSALMUS CXLII.

IL nulla di tutto ciò, che brilla nel Mondo, e la nostra impotenza. Bisogno, che si ha del soccorso di Dio, per conoscere le sue vie, e camminare in esse. Rinunziare al proprio spirito, e lasciarsi condurre dallo Spirito santo.

Concepire quanto è utile lasciarsi condurre dallo spirito di Dio, a fine di rinunziare totalmente al proprio.

Psalmus David, quando persequebatur eum Absalom filius ejus.

Psalmus Davidi inspiratus, quando persequebatur eum Absalom filius suus.

PROPHETA. Domine, exaudi orationem hanc meam: & benignis

Domine, exaudi orationem meam: aus

Pregare con fiducia non nelle proprie opere, ma nel-

gnis aüribus percipe deprecationem hanc meam per veritatem, & fidelitatem tuam in servandis promissis: meque precantem exaudi per justitiam tuam; quia per summam justitiam tuam ea peccatoribus exhibes, quæ per summam misericordiam tuam illis promittis.

auribus percipe obsecrationem meam in veritate tua: exaudi me in tua justitia.

nelle promesse di Dio, e ne' meriti di Gesù Cristo, che egli ha fatto nostra giustizia.

2. Sed ne, quæso, venias in summum jus cum servo tuo, summo rigore mecum agens in judicio tuo: nullus enim vivens in carne mortali, coram te justus erit remotâ misericordiâ tuâ: omnes enim homines peccaverunt & peccant, & indigent gratiâ tuâ.

2. *Et non intres in judicium cum servo tuo:* [1] *quia non justificabitur in conspectu tuo omnis vivens.* (2)

Persuadersi bene, che niuno è giusto avanti a Dio per se stesso; e non volerlo comparire avanti gli uomini.

3. Quoniam autem inimicus hic meus persecutus est animam meam ut eam amittam: & confregit, ac depressit in terram vitam meam, ita ut jam penè extincta jaceat;

3. *Quia persecutus est inimicus animam meam; humiliavit in terra vitam meam.*

Riconoscere per vere persecuzioni le adulazioni del Mondo, e per vere umiliazioni tutto ciò, che c'inalza a i suoi occhj.

4. Et habitare me fe-

4. *Collocavit*

Riguardare i suoi

[1] Psalm. cxxx. 3.
[2] Job IV. 17. IX. 2. XV. 14. XXV. 4. Rom. III. 20. Galat. II. 16.

fecit in tenebrosissimis latebris, instar jam olim mortuorum ab exordio sæculi; meusque spiritus grandi tædio in me anxiatus est, & cor meum intra me turbidis animi motibus, ac cogitationibus anxiis perturbatum est:

vit me in obscuris, sicut mortuos sæculi: anxiatus est super me spiritus meus, in me turbatum est cor meum.

suoi più superbi palazzi, come luoghi oscuri, e il soggiorno de' morti per non invaghirsene; i suoi piaceri, come disgusti divoranti; e la sua apparente tranquillità, come una mortale inquietudine.

5. Idcirco inter tot adversa memoratus sum dierum antiquorum; & meditatus sum de omnibus operibus tuis, & de iis, quæ a manibus tuis facta fuerant meditabar: quomodo nimirum priscis semper temporibus misericorditer adfueris iis, qui tuam in suis angustiis misericordiam implorabant.

5. Memor fui dierum antiquorum: [1] *meditatus sum in omnibus operibus tuis:* (2) *in factis manuum tuarum meditabar.*

Gettare gli occhj su la potenza e misericordia di Dio, che risplendono nelle sue opere, per farne il fondamento della nostra confidenza, ed il soggetto delle nostre meditazioni.

6. Unde & ego quoque in spem bonam erectus, ecce nunc ad te, Domine, expandi supplices manus meas: nam anima mea coram te est mœsta, arida, & sitiens opem tuam quasi terra sine aqua, quæ sicca & squalens ex-

6. Expandi manus meas ad te: anima mea, sicut terra sine aqua tibi.

7. Ve-

Sollevare verso di lui lo spirito e le mani; e confessare, che senza di lui la nostr'anima è sterile, e senza frutto:

Che

[1] Psalm. LXXVI. 6. [2] Psalm. LXXVI. 12.

expectat humorem.

7. Cito exaudi me, Domine: quia ego jam animo defeci.

7. Velociter exaudi me, Domine: defecit spiritus meus.

Che per poco ch'egli ci lasci a noi stessi, noi siamo senza azione, e senza forza per le opere salutari.

8. Ne quæso velut iratus benignum vultum tuum deflectas a me: alioqui similis ero iis, qui descendunt in locum sepulchri, & inferni.

8. Non avertas faciem tuam a me: & similis ero descendentibus in lacum. [1]

E che se egli cessa per un momento di soccorrerci con la sua grazia, noi cadiamo nel nulla del peccato.

9. Fac me audire, & sentire hoc mane, atque citissime misericordiam erga me tuam: quia in te speravi, & confido.

9. Auditam fac mihi mane misericordiam tuam: quia in te speravi.

